



Early Journal Content on JSTOR, Free to Anyone in the World

This article is one of nearly 500,000 scholarly works digitized and made freely available to everyone in the world by JSTOR.

Known as the Early Journal Content, this set of works include research articles, news, letters, and other writings published in more than 200 of the oldest leading academic journals. The works date from the mid-seventeenth to the early twentieth centuries.

We encourage people to read and share the Early Journal Content openly and to tell others that this resource exists. People may post this content online or redistribute in any way for non-commercial purposes.

Read more about Early Journal Content at <http://about.jstor.org/participate-jstor/individuals/early-journal-content>.

JSTOR is a digital library of academic journals, books, and primary source objects. JSTOR helps people discover, use, and build upon a wide range of content through a powerful research and teaching platform, and preserves this content for future generations. JSTOR is part of ITHAKA, a not-for-profit organization that also includes Ithaka S+R and Portico. For more information about JSTOR, please contact support@jstor.org.

P O L Y B I A N A.

CAPUT PRIMUM.

Priusquam de emendando POLYBIO dicere incipio non alienum videtur paucis exponere de antiquissimo Codice Vaticano , qui quinque priores libros continet. SCHWEIGHAEUSERUS enim collationes usurpavit cum aliorum librorum, qui alicuius momenti essent ad textum POLYBII constituendum, tum istius Codicis satis accuratam notitiam acceperat a SPALLETTO docto homine Italo , qui , quantum iudicare possum , Codicem diligenter contulerat ; sed his subsidiis ita usus est ut facile existimare possimus eum diiudicandis variis lectionibus parum valuisse. Quae modo probavit , brevi post reiicit , mox iterum amplectitur ; omnia apud eum fluxa sunt et incerta , nihil stabile et exploratum. Inde repetendum est quod quum , edito iam POLYBIO , adnotationes conscriberet , de ingenti numero locorum rectius iudicavit quam in superioribus voluminibus fecerat. Hunc virum qui imprimis fragmentis suo quibusque loco disponendis optime de POLYBIO meritus est , secutus est Lipsiensis editor , qui contextum fideliter exhibuit e recensione SCHWEIGHAEUSERI , nulla ratione habita correctionum quas in annotationibus ipse fieri iusserat , ne istis quidem fragmentis additis , quibus postea editor ille certam sedem assignarat. Hanc provinciam summo litterarum commodo suscepit editor Parisiensis , qui omnia expressit , sicut in secundis curis correcta erant , nonnulla fragmenta rectius disposuit et primus addidit excerpta Vaticana , quae ANGELUS MAIUS paucis annis ante invenerat. Admodum dolendum est hanc editionem in-

quinari plurimis vitiis typographicis. De editione Berolinensi quae paullo post prodiit difficile est iudicare. Nam BEKKERUS dum brevis esse laborat, nullibi indicat quem cursum sibi proposuerit tenere quibusve subsidiis instructus ad edendum scriptorem accesserit. Praeter pauculas emendationes tamen quas partim in textum recepit, partim in notis textui subjectis proposuit, nihil magno opere novasse videtur, nisi quod paullo plus tribuerit lectionibus Codicis Vaticani. Quod institutum etsi vehementer laudo, doleo tamen quod hunc codicem fundamentum totius recensionis habere noluit, secutus SCHWEIGHAEUSERUM, qui nimis favet auctoritati Codicis Bavarii. Tandem quum de Vaticanis fragmentis, quae post ANGELUM MAIUM GEELIUS et LUCHTIUS separatim ediderant, satis constaret ea e rescripto Codice negligentissime fuisse descripta, utilissimum opus fecit THEODORUS HEYSE, qui a BEKKERO rogatus, omnia iterum summa cum cura descripsit, additis quoque excerptis e quinque libris prioribus, quae primus editor pessimo consilio contemserat.

Quum appareat de Vaticani et Bavarii Codicum indole et quasi cognatione primo loco mihi dicendum esse, si omnia quae ad eam quaestionem pertinent data opera demonstrare vellem, vereor ne ea disputatio longior fieret, quam praesens opportunitas postulare videtur; satis erit digito monstrasse ea, quae mihi post librorum collationes e SCHWEIGHAEUSERI editione accurate inter se comparatas, liquido affirmari posse visa sunt. Quinque priorum librorum codex archetypus circa decimum saeculum nitidissime et emendatissime exaratus fuit. Hic codex nusquam comparet, sed talem eum fuisse, qualem dixi persuassimum habeo collatis lectionibus *Codicis Vaticani*, qui *ex ipso archetypo a scriba valde indocto circa undecimum saeculum descriptus est*. Inter archetypum et ceteros Codices omnes, qui quinque libros integros continent, intersunt plures alii, qui interierunt et de quibus difficile est plura investigare. Hoc tantummodo tenendum est, Codices Bavanicum et Augustanum, qui hic imprimis in censem veniunt, exhibere archetypi recensionem deinceps exscriptam manibus librario-rum haud paullo doctiorum quam fuit scriba, cui debemus Vaticanum Codicem. Sequitur orationem in Codice Bavarico,

qui circa decimum quartum saeculum scriptus est, sine impedimentis fluere et absurdarum lectionum numerum satis exiguum praebere. Vaticanus contra scatet ineptis vitiis et corruptelis cuiuscunque generis quam plurimis, quas tamen utpote commissas ab indocto homine nemo palaeographiae mediocriter peritus non statim corriget. Ceterum quae lacunae fuerunt in codice archetypo, fuerunt autem duae vel tres statim ab initio primi libri, eae quoque inveniuntur in ceteris omnibus, sed quantum fieri potuit, vitium ubique obscuratur praeterquam in Vaticano, in quo indicatur spatio vacuo rectilo. Medius fere inter Bavaricum et Vaticanum est Codex Augustanus, qui modo huic adstipulatur, modo illi. Magis etiam quam Augustanus ad Vaticanum accedit Codex Urbinas, qui excerpta antiqua, quae ad duodevinti priores libros pertinent, continet, sed quum ceteri omnes ex quibus haec excerpta innotuerunt integros quinque libros priores complectuntur, horum quoque non nisi excerpta repraesentat. Circa duodecimum saeculum exaratus fuit estque, excepto Vaticano, antiquissimus.

Neque de ceteris Codicibus plura dicere opus est, qui priorem POLYBII partem continent, neque de illis libris qui nobis tres titulos servarunt e quinquaginta tribus, in quos POLYBII aliorumque historicorum opera CONSTANTINUS PORPHYROGENNETUS despescuit. Horum duos ediderunt FULVIUS URSINUS et HENRICUS VALESIUS, in quorum recensione acquiescendum est, cum SCHWEIGHAEUSERO nullas novas collationes usurpare lieuerit. Tertium debemus ANGELO MAIO, satis festinanter descriptum e palimpsesto Codice, multo accuratius a THEODORO HEYSE. Perquam memorabile est *illos Constantinianos titulos descriptos esse ex eodem Codice, quem ceterorum archetypum dixi*, sive, quod eodem redit, e Codice, qui ab isto archetypo perparum distabat. Arguitur e corruptelis, quae tum integrum POLYBII textum, tum excerpta obsident. Afferam duo exempla ex excerptis Vaticanis, quae HEYSE primus edidit. In 1. 3. 2 pro Ἀράτου τοῦ Σικυωνίου sine sensu olim legebatur παρὰ τοῦ. Mendum REISKIUS feliciter detexit; Codex rescriptus eadem chorda oberrat. In 9. 10. 7 ceteri Codices pro θεώμενος praebent ὄρμάμενος; idem HEYSE in suo Codice invenit. Eadem ratio

valet in permultis aliis, quae afferre supersedeo. Apparet tamen omnem POLYBII dictionem cognoscendam esse ex illis quinque libris, qui soli integri supersunt, cum in ceteris omnino pendeamus ab arbitrio eorum, qui exscripserunt.

Redeundum est ad Vaticanum, quem dixi ex ipso archetypo descriptum esse. Is igitur correctis mendis, quas intulit librarii summa negligentia, cum ceteri Codices modo sequiores formas vocabulorum POLYBIO ostendunt, modo vere Atticas, reperietur sequi in plerisque hunc morem, ut constanter referat formas bene Atticas, interdum sequiores, sed fere semper summa constantia easdem. Consequitur POLYBIUM scripsisse sermone multo puriore quam hucusque credebatur; quin orthographia illa, quam Vaticanus in plerisque ostendit, semper et ubique restituenda est iis locis, ubi optimus ille Codex nos deficit. Hac sola observatione ingentem numerum locorum emendare poterimus, qui nunc corrupti eduntur, quia non nisi in deterioribus libris aut negligenter collatis ad nos pervenerunt. Dum quis igitur novam collationem huius Codicis conficiat; quod POLYBII causa vehementer opto; interea uti licet collatione SPALLETTI non incuriose facta et duobus libris Florentinis quos ex Vaticano descriptos esse constat quosque accurate contulit GRONOVII. De ceteris qui uberiora cupiunt, iis aliquatenus satisfaciet SCHWEIGHAEUSERUS. Nunc exempla quaedam proponenda sunt lectionum istius antiqui libri, quarum ope et multis aliis locis medicina afferri potest.

Difficile dictu est quoties erratum sit in nominibus propriis; nam, ut taceam vocabula peregrina, etsi eorum quoque constans ratio est, scribendum enim, ut hoc ular, Καπετάλιον, Βρευτέσιον, Βρέττιοι, optimi Codices docere poterunt scribendum esse Κυάσιος, Κάστανδρος, Λάρισα, Συραχότιος, haud secus atque apud optimum quemque scriptorem Atticum. Optimi libri praebent Ταρσιμένη non Τρασιμένη, de qua nominis forma conferri potest QUINCTIL. Instit. I. 3. 13, additis iis quae RITSCHELIUS nuper disputavit in *Museo Rhenano* de forma: *corecodilus*, cet. Legitur 6. 43. 1 Κρητῶν, cum POLYBIUS Κρηταιεῖς dicere solet; Urbinas Codex dat Κριτέων, unde SCHWEIGHAEUSERUS efficit Κρηταιέων; alibi libri praebent Μελιταιέων, Μελιτεάλων, Μελιταίων, alibi Ἐχιναίων, Αἰγέων unde eliciunt

Αἰγαίων. Non dubito quin POLYBIUS contracta forma dederit Κρηταιῶν, Μελιταιῶν, Ἐχιγαιῶν, Αἴγαιῶν, sicuti Παλαιῶν 5. 3. 4. e Codice Vaticano receptum est et Ἀγραιῶν emendate scribitur 17. 5. 8. In POLYBII Codicibus legitur alicubi Σιμίαν; SCHWEIGHAEUSERUS e PLUTARCHO correxit scilicet Σιμιάν; quam sit harum rerum peritus iudex appareret. Nil profuit POLYBIO quod libri eius ad hunc usque diem fideliter servarunt formam Σόφαξ; editores reposuerunt suum Σύφαξ. Contra nimia religio nocuit POLYBIO 4. 50. 1. Nomen Τιβοῖτης ignotum est; ne SUNDAS quidem in voce, ut taceam LIVIUM 58. 16, editoribus persuadere potuit ut rescriberent Ζιβοῖτης, etsi illa litera, quae vocabuli prima est, in lexico haud ita facile corrumpi potuit. Causam corruptelae POLYBIUS ipse docere poterit: "Αραξος flumen latet sub claro nomine Arati; χερρονησίουσα fit χερρονησιοῦσα; Πετραῖον fit Πετράτον et in universum I, T, Z et Ξ perpetuo confunduntur. Quarto casu legitur Πολεμοκλῆν, Κλεομένην, cet. Vaticanus constanter exhibet Πολεμοκλῆν, Κλεομένη, cet. Num dubitabimus hanc formam ubique rescribere? Patria POLYBII in ceteris interdum est Μεγαλόπολις, in Vaticano fere perpetuo vocatur ή Μεγάλη πόλις. Recte 5. 20. 5 Codex rescriptus habet Σωσύλος pro vulgato Σώσιλος. De his nominibus propriis quatenus ex ipsis Codicium vestigiis emendari possunt, finem faciam laudando 5. 65. 7. Memoratur ibi Κνωπίας Ἀλωρίτης. Vaticanus multique alii Codices bonae notae praebent Ἀλλαριώτης: unice rectum, nam est dux Cretensium.

Codex Vaticanus plerunque exhibet χερῶν non χειρῶν et σάδιον plurali numero non habet σάδια sed σάδιοι. E Codice Augustano suspicor POLYBIVM dedisse plurali numero primo et quarto casu, pariter ναῦς; nunc fere ubique legitur νῆες et νῆας. Vocabulum ἀξιόχρεως semper secundum Atticorum morem scribendum est. Corrige igitur 4. 25. 5 ἀξιόχρεως pro ἀξιοχρέους et 9. 29. 7. ὑπόχρεοι et 15. 1. 1. κατάχρεοι. Antiquiores Codices omnes habent τοῖν χεροῖν, simil. non ταῖν. cf. 12. 11. 6 et 18. 12. 3. In 52. 12. 1 SCHWEIGHAEUSERUS probat formam πατέρος; satis patet eius auctoritatem in his rebus esse nihil.

Optimi Codices praebent formam φιπτεῖν non φίπτειν; saepe

quoque πιεζεῖν. Sincerior forma ἡνειχόμην ubique restituenda est pro ἀνειχόμην. Codices modo dant ἡμφισβήτουν, modo ἀμφισβήτουν; praetulerim ἡμφισβήτουν. E Florentino Codice notatur forma ηὔχετο, cum ceteri habent εὔχετο. Satis certum est POLYBIUM dixisse κατηναλάκει, etsi caeteroquin in plusquamperfecto augmentum subinde abiicitur ut in παραδέδοτο, ὑπερπεπαικει, aliis. Videndum est num Polybius semper dixerit quod aliquoties invenitur Ἐκτῆσθαι. Receptam velim formam quam libri tantum non ubique exhibent ἐλήλασμαι, ἡλάσθην, cet. Praeterea attendendum est ad verbum λέγειν, cuius aoristus non est εἰπεῖν, sed plerumque εἴπαι, quod non mirandum est apud scriptorem, qui ne ἔλειψα quidem, ἔπεσα, εἰλάμην cet. vitasse videtur. Non dubito quin κάλειν ubique Polybio reddendum sit, non καλεῖν, cf. 16. 54. 9. Optimi Codices malunt ἐπιμέλεσθαι non ἐπιμελεῖσθαι. Ab Augustano Codice 1. 11. 2 gratus accipe quod rescriptus confirmat τετρυμένοι pro τετρυχωμένοι. Perpetuo scribatur quod Vaticanus plerumque dat ἔθελοντην non ἔθελοντί. Sic quoque ἀντιπέρας verum est, non ἀντιπέρα. Attica forma servanda est in voce ἀθῆναι et hoc refero quod alicubi annotatum invenio ἀντιπρώρους, quod corruptum videtur ex ἀντιπρώρους. Libri saepe praebent ζωγρεία; SCALIGER reposuit ζωγρία; confirmavit Codex Vaticanus diu post excussus. Idem SCALIGER negavit δυσελπίζειν esse Graecum vocabulum; substituit id quod postea in Vaticano inventum est δυσελπισεῖν. Quantivis pretii variam lectionem observavi ad 3. 65. 3 ubi in Codicibus Urbinate et Vaticano legitur non quod nunc editur συγκεκλεικέναι sed συγκεκληγέναι, quod indicare videtur scribendum esse συγκεκληγέναι, nisi η et ει hoc loco confusa sunt, sicuti ἡρικέναι aliquando abiit in ειρηκέναι et συγεικέναι in συνηκέναι. Atticam formam optimi quoque servant in vocabulo πανδοκεῖς cum derivatis, pro quo recentiores Codices malunt πανδοχεῖς.

Sicuti iam supra communendavi nonnullas formas, quas purior Attica dialectus respuit, sic sine offensione hodie legitur ἔρεπον pro ἔρρεπον, ἀπέελε pro ἀπέειλε, ἡρεισαι pro ἔρήρεισαι, ἔφης pro ἔφησθα, ἔφεσάκει pro ἔφεισήκει, ἡλων pro ἔάλων, ἡοῦς pro ἔω, Ἀρεως pro Ἀρεος, cet. Ilorum omnium partem Polybio deberi non dubito, sed tamen sic mihi persuasi multa

deberi librariis. Non ante hac de re fidenter poterit pronunciari quam accurata facta erit collatio Codicis Vaticani, quem in talibus ducem sequi debemus. Interea Codex rescriptus, cuius descriptio quam fieri potuit accuratissime facta est, utiliter consuli poterit.

Ultima huius capitinis observatio erit de opportuno vitio, quod declarabit POLYBIUM frequentius usum fuisse elisione quam editores hucusque sibi persuaserint. Legitur 10. 46. 7 δύο αἱρεῖν; Codices praebent διατηρεῖν, quod sine dubio natum est ex δύο αἱρεῖν, sicuti Mediceus Codex rectissime habet. Crasis felicior e librariorum manibus evasit; satis constanter editur τὰκόλουθον, τοὺλάχιστον, ταῦτομάτῳ, τὰδελφῷ, similia.

CAPUT SECUNDUM.

His praemissis de Codicibus POLYBII, indicare iuvat locos quosdam emblematis eiiciendis sanandos. Istiusmodi corruptae hic agmen ducent, non quia sunt magno numero, immo apud plerosque scriptores, qui in scholis et ab otiosis hominibus multum legebantur, haud paullo frequentius inveniuntur, sed quia sunt sere antiquissimae. Constitui autem eum cursum tenere ut, quoad commode fieri posset, ab antiquioribus mendis deinceps transirem ad vitia quae e recentioribus libris manu scriptis manarunt. Ab elegantia attica POLYBIUS deflectere videtur 1. 59. 8, ubi de classe, cui ultimo belli Punici anno Lutatius praesuit, Romani, inquit, ἐποιήσαντο τὴν ναυπηγίαν πρὸς παράδειγμα τὴν τοῦ Ρωδίου ναῦν. Atticos dixisse πρὸς τὴν τοῦ Ρωδίου ναῦν quis negat? Sed etiam POLYBIUS sic dedit, confer supra 1. 20. 15: πρὸς ταύτην ἐποιοῦντο τὴν τοῦ παντὸς σόλου ναυπηγίαν. Eadem ratio est 16. 31. 4: τὴν σωματικὴν δύναμιν ἔχεντων πρὸς τὸ [δύνασθαι] τὸ κριθὲν ἐπιτελεῖν. Eiice δύγασθαι, vide modo 4. 3. 5: νομίζοντες ἀξιοχρεωτέρους εἶναι πρὸς τὸ πολεμεῖν αὐτοῖς Ἀχαιοῖς, ubi quod legitur ἀξιοχρεωτέρους id debetur ingenio SCHWEIG-HAEUSERI, nam Codices habent ἀξιωτέρους, unde dubius haeret inter ἀξιοχρεωτέρους et ἀξιοχρέους. Ultimum praetulerim, sed necessaria est Attica forma ἀξιόχρεως.

Duo vocabula eiicienda esse suspicor 5. 46. 4: μετὰ ταῦτα

δύο πεπηγυίας σχεδίας διαφερόντως [τὰς μεγίσας] προσέβαλον ταῖς ἐσχάταις. Tam facile carere possumus duobus vocabulis τὰς μεγίσας, additis ad explicandum quid esset διαφερόντως πεπηγέναι, ac si quis 7. 15. 8: τοῦ τόπου κρημνώδους ὑπάρχοντος διαφερόντως addere vellet ὑψηλοτάτου aut simile quid. Ceterum vocabulum διαφερόντως alicubi abiit in διαφέρως, nempe 13. 7. 2: εἴδαλον εἰς ὁμοιότητα διαφέρως ἀπειργασμένου, ubi quid legendum sit docebit 6. 55. 5: πρόσωπον εἰς ὁμοιότητα διαφέρόντως ἔξειργασμένου, κτέ.

Eiusdem fere generis est emblema 3. 85. 9, ubi de Romanis, accepto nuncio de pugna ad Trasimenum lacum: πολλῶν γὰρ χρόνων ἄπειροι καὶ τοῦ βῆματος καὶ τοῦ πράγματος ὑπάρχοντες [τῆς δμολογουμένης ἡττης], οὐ μετρίως τὴν περιπέτειαν ἔφερον. Traduntur supra nobilia M. Pomponii verba: *Pugna magna victi sumus: quo iure τῆς δμολογουμένης ἡττης apud POLYBIUM addatur appareat.*

In oratione L. Aemilii ad milites Romanos apud Cannas, 3. 109. 10 verba sunt τι γὰρ ἔτι προσθεῖσα τοῖς ὑποκειμένοις, ἐὰν ἀλλως πως τὰ παρόντα κριθῇ, περιγενήσεται τῶν ἐχθρῶν, [οὐκ ἔχει]. Apage duo extrema vocabula, quae omnem verborum elegantiam pessumdat.

Admodum ridicule SCHWEIGHAEUSERUS interpretatur 4. 8. 9. Alii, POLYBIUS inquit, sunt quidem venatores strenui sed iidem bellatores ignavissimi. Nonnullorum virtus eminent et splendet in certaminibus singularibus sed μετὰ πολεμικῆς ἐνίων συντάξεως fiunt ἀπράκτοι. SCHWEIGHAEUSERUS, qui olim coniecerat pro ἐνίων, ἔργων, mox id prudenter reicit, sed admitti nequit quod suspicatur ἐνίων σύνταξιν esse aciem ex pluribus instructam. Scilicet vocabula πόλις, πόλεμος, πολέμιος, πολεμικὸς perpetuo confunduntur. Hic quoque supra πολεμικῆς adscriptum fuit εμιῶν, quo indicabatur in quodam libro πολεμίων inventiri. Varia lectio infelici casu in textum recepta est et nacta est lectorem, qui ex ea graecum quoddam vocabulum extudit: ἐνίων.

CASAUBONO obtemperatum oportuit 7. 1. 2, ubi de Campanis legimus: ἀνήκεσα δεινὰ ἔπαθον. Facile caremus vocabulo δεινά, cf. 4. 18. 11 et 15. 1. 8. Eiusdemmodi interpolatio paullo infra occurrit 7. 2. 5, ubi Hannibal dicitur πολλὰς ἐλπίδας

Ὥποιγράψας τῷ μειράκιῳ Ἱερωνύμῳ. Nomen proprium debetur ei qui locum exscripsit, POLYBIUS ipse non addidit sed HIERONYMUM simpliciter nominavit τὸ μειράκιον, ut fecit quoque 7. 5. 8.

Plura verba eiicienda sunt 8. 19. 5, ubi in historia Achaei ἐπισολῆς γεγραμμένας συνθηματικῶς . . . ἔξαπέσειλαν . . . [οὗτας ὡς τὸν κυριεύσαντα τῆς ἐπισολῆς μὴ δύνασθαι γνῶναι μηδὲν τῶν ἐν αὐτῇ γεγραμμένων]. Nemo non videt postremis vocabulis explicari adverbium συνθηματικῶς, quod quam alienum sit ab hoc loco, contextus docebit.

TIMAEUS apud POLYBII 12. 9. 2 in eo libro in quo multum et acerbe exagitatur negat se in disputatione de Locorum origine κατὰ τὸν εἰκότα λόγον χρῆσθαι τοῖς ἑλέγχοις. Quid hoc sit non obscurum est. Κατὰ τὸν εἰκότα λόγον idem est quod apud Latinos est *e conjectura*. Hoc modo recte legitur 12. 7. 4. Verum illo loco quem exscripsi κατὰ τὸν per dittographiam quae hucusque latuisse videtur factum est κατὰ τὸν αὐτὸν.

Vix quisquam plura in POLYBIO felicius correxit quam REISKIUS, cuius sunt permultae ingeniosissimae suspicione, non paucae quoque emendationes verissimiae. Sed incredibile dictu est, quoties SCHWEIGHAUSERUS optima viri inventa spreverit, ut Codicibus sua auctoritas inviolata constaret. Huiusmodi est quod legitur 15. 30. 8: τὰς θύρας εἶναι δικτυωτὰς διαφανεῖς. Postremam vocem esse glossema vidit REISKIUS, SCHWEIGHAUSERUS retinuit; ne BEKKERUS quidem optime momenti obsecutus est.

In pugna navalii Philippi cum Attalo duo fratres συμπεσόντες ὁ μὲν ἐπτήρει τῶν πολεμικῶν, ὁ δὲ δικτήρει, παραβόλως ἐχρήσαντο τῇ ναυμαχίᾳ, ut est 16. 5. 7. POLYBII manum agnosco, electis τῶν πολεμικῶν, quae librarius, ne quis forte erraret, in textum male sedulus intulit.

Notum est quid Philippus natura dicacior responderit Phaeoneae, iocatus in valetudinem oculorum: Apparet id quidem etiam caeco, ut LIVIUS vertit 32. 34. POLYBIUS cum hoc narrasset, sic pergit 17. 4. 4: Ἡν γὰρ εὔθικτος καὶ πρὸς τοῦτο τὸ μέρος εὖ πεφυκώς. Nemo hucusque vidi inepte addi πρὸς τὸ διαχλευάζειν ἀνθρώπους, etsi illud ipsum vere καὶ τυφλῷ δῆλον. Paullo infra in excursione, quales multas non nimis

eleganter operi suo inseruit, laudat POLYBIUS DEMOSTHENEM *de Corona* § 295, ubi orator enumerat qui viri in quaque Graeciacae urbe patriam prodiderint. Inepte inserta leguntur 17. 4. 2 vocabula: ὅτι Φιλίππῳ συνεμάχουν, quae quam sint ab hoc loco absona sequentia docere poterunt.

Legimus 21. 1. 4 Senatum Aetolis δύο προτείνει γνώμας, ἢ διδόναι τὴν ἐπιτροπὴν περὶ πάντων τῶν καθ' αὐτοὺς, ἢ χίλια τάλαντα παραχρῆμα δοῦνα, καὶ τὸν αὐτὸν ἔχθρὸν καὶ φίλον νομίζειν Ῥωμαῖοις. Apage illud δοῦναι; confer modo 21. 2. 13 ubi ea ipsa verba emendate scripta iterum recitantur.

Graeci sermonis indoles non patitur genuina esse verba, quae leguntur 23. 9. 2. Lycortas legatus ad Ptolemaeum ex Aegypto redux ἀπελογίσατο πρῶτου μὲν τίνα τρόπου καὶ δοῖεν παρὰ τῶν Ἀχαιῶν καὶ λάβοιεν τοὺς ὄρκους ὑπὲρ τῆς συμμαχίας. Quam aliena sint vocabula παρὰ τῶν Ἀχαιῶν, ostendet nona paragraphus ubi recte: αὐτοὶ τε τοὺς ὄρκους ἔδωκαν καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως ἔλαβον.

Non dissimile vitium exstat 23. 13. 7 ubi Philippus ἐκαραδόκει τὴν τῶν πρεσβευτῶν παρουσίαν, [πεπεισμένος μηδένα τολμήσειν κατηγορήσειν αὐτοῦ διὰ τὸν Φόβον]. Quae uncinis inclusi, temere illuc illata sunt e § 11.

Turpius etiam erratur 24. 9. a. 2, ubi de Africano: Πάλιν δέ ποτε λόγον ἀπαιτοῦντός τινος ἐν τῷ συνεδρίῳ τῶν χρημάτων ὃν ἔλαβε παρ' Ἀντιόχου ἔχειν μὲν ἔφη [τὸν λόγον], οὐ δεῖν δ' αὐτὸν ὑποσχεῖν οὐδενὶ [λόγον], ubi quae potest esse dubitatio, quin electis iis quae spuria esse indicavi, purior et vero etiam sincerior sermonis forma exeat?

Quod legitur 28. 15. 4 λαβὼν αὐτὸν κατ' ἴδιαν εἰς τὰς χεῖρας ita referet quod POLYBIUS scripsit, si eieceris κατ' ἴδιαν. Nota est loquendi formula λαμβάνειν εἰς τὰς χεῖρας, de qua dixit REISKIUS pag. 57. Quae hic eiicienda sunt, aptius locum invenient 1. 69. 1: τὸ μὲν πρῶτον λαμβάνων τοὺς ἡγεμόνας, μετὰ δὲ ταῦτα συναθροίζων κατὰ γένη τοὺς πολλούς. Ipsa oppositio necessarium reddit λαμβάνων κατ' ἴδιαν, cf. 4. 82. 4 et 4. 84. 8.

De Antiocho Epiphane quem legati Romanorum convenerant, memoratur 31. 5. 3: τῆς αὐλῆς παρεχώρησε τοῖς πρεσβευταῖς, μικροῦ δὲ καὶ τοῦ διαδήματος. Sedulus lector annotavit κατὰ

τὴν ἐπίφασιν. POLYBIUM hoc addere non potuisse ostendunt quae statim sequuntur: καίπερ οὐκ ἀν τῇ προαιρέσει τοιοῦτος, ἀλλὰ τούναντίον ἀλλοτριώτατα διακείμενος πρὸς Ῥωμαῖους.

Non minus insulsum est quod explicationis causa additur 31. 20. 1, ubi Demetrius dicitur cognovisse: ὅτι καλῶς συνεβούλευεν ὁ Πολύβιος, [μὴ δἰς πρὸς τὸν αὐτὸν λίθον πταλεῖν]. Uncini inclusa translata sunt e 31. 19. 5.

Exscripsit ATHENAEUS quae POLYBIUS docuerat de thynnis, qui glande vescuntur. Legitur ibi 34. 8. 2: Διόπερ οὐκ ἀν ἀμάρτοι τις, λέγων ὃς εἶναι θαλαττίους τοὺς θύννους. Observationem sati inficetam excipit haec adnotatio lepidi hominis, qui illa nimis obscura existimavit: Εἰσὶ γὰρ οἱ θύννοι οἷον ὃς ἀπὸ βαλάνων αὐξανόμενοι.

Sunt alii quoque loci qui mihi interpolati esse videntur, sed tamen tenendum est in eiiciendis emblematis magnum esse periculum ne scriptoris minus castigatus sermo nos ludificetur. Itaque nullum est emendationum genus, in quo mihi minus satisfacio et certe in POLYBIO facilius est divinando assequi quae verba olim librariorum negligentia exciderint, quam indicare locorum interpolationes. Afferendi tamen videntur loci quos infra adscripsi. Explicationis gratia additum existimo Κλεομένην 2. 46. 3: ἐφ' ὃ μόνον ἰδεῖν ἀξιόχρεων γενόμενον ἀνταγωνιστὴν [Κλεομένην] τοῖς Ἀχαιοῖς. Longum est indicare quomodo vocabulo hoc electo omnia acrius dicta sint et paullo rectius cum ceteris convenient, verum hoc attentum lectorem fugere non potest. Eiusdem generis est 5. 4. 3: τὸ πολισμάτιον, τοὺς Πρόννους. Apage nomen proprium quod e praecedentibus cogitatione facillime suppletur. Qui POLYBII motrem probe neverit non dubitat quin vocabulum ἀνάγκη eiiciendum sit in hisce, quae leguntur 8. 13. 2: Λοιπὸν οὐ περ τὴν ἀρχὴν καὶ προέκθεσιν τῆς πραγματείας [ἀνάγκη] φεύγην καὶ κόλακα γενέσθαι τὸν ισοριογράφον κτέ. Ceterum quam fallax sit hoc conjecturarum genus monstrabit 22. 26. 19, ubi in foedere Romanorum cum rege Antiocho: Ἀργυρίου δὲ δότω Ἀντίοχος Ἀττικοῦ Ῥωμαῖοις ἀρίσου τάλαυτα μύρια δισχίλια, quis non eiiciendum putaret vocabulum ἀρίσου et aliorum locorum memor et eorum quae leguntur 22. 15. 8? Livius tamen qui hunc locum vertit 58. 36: Argenti probi duodecim

millia Attica talenta dato, indicare videtur legendum esse :
 Ἀργυρίου δὲ δότω Ἀντίοχος ἀριστὸν Ρωμαίοις Ἀττικὰ τάλαντα μ. δ., nisi forte aliquod maius vitium latet.

Hic locus facit ut CICERONIS ineminerim qui *Verr.* II. 2. § 129. iocatus in perditu hominis perfidiam eum novum astrolorum appellat, qui non tam caeli quam caelati argenti rationem ducebat. Non magno acumine opus est ut tibi persuades festivum locum prorsus pessum dari importuno isto *argenti*. Etsi autem a principio operis non quaesitum sit, ab utor Livio, ut ab rerum ordine declinem et legentibus velut deverticula quaeram, nihil tamen impedit CICERONIS et LIVI locos quosdam indicare qui nimia lectorum diligentia interpolati mihi esse videntur. In libro primo *de Oratore* § 112. legitur: solebam in prensando a me dimittere Scaevolam, quum ei ita dicerem, me velle esse ineptum: [id erat petere blandius; quod nisi inepte fieret, bene non posset fieri]. Non agnosco CICERONIS elegantiam in languida explicatione, quam uncis inclusi. In *Verr.* II. 3. § 168: certe huic homini nulla spes salutis esset, si publicani [hoc est si equites Romani] iudicarent. Verum hoc iudices non docendi erant, nam quoties iam sermo fuit de ipsis Equitum iudiciis? Apage adnotationem, quam nemo requirit. In eadem actione lib. 5. § 27: Quum autem ver esse cooperat, cuius initium iste non a Favonio neque ab aliquo astro notabat, sed quum rosam videbat, [tum incipere ver arbitrabatur], dabat se labori. Non fero tautologiam et appetit quid velim. In *Orat.* I. *de leg.* *Agr.* 2. § 5: partim L. Pauli [qui Persen vicit], abiicienda est adnotatio eiusdem generis atque *Verr.* Act. II. lib. 5. § 80. [quae regis Hieronis fuit], quae verba iam olim notata sunt, vel orat. in *Catil.* IV. 1. 2 [sella curulis]. Apud LIVIUM 2. 45: certum atque *decretum* est: qui novit morem veterum Romanorum satis esse videt: certum est, ut apud ENNIUM: Eorundem libertati me parcere certum est, et ubi vis apud PLAUTUM. LIVIUS ipse hac locutione utitur 55. 46. In 5. 54 hoc *coelum*, sub quo natus educatusque essem; in simili sententia *coelum* omittitur, ni fallor, ut in notissimo illo:

Adspice hoc sublime candens, quem invocant omnes Iovem. Perridicule 6. 20: gentis Manliae decreto cautum est ne quis

deinde M. *Manlius* vocaretur. Abiice illud *Manlius*. Vide modo PLUTARCHI verba in extrema *vita Ciceronis*, ubi Senatus decrevisse dicitur: μηδενὶ τῶν Ἀντωνίων ὄνομα Μάρκου εἶναι: scribe Μάρκου Ἀντώνιον et senties quam hoc sit absonum. Neque tamen apud LIVIUM dissimilis causa est. In 57. 17. *in principiis* explicatur rectissime *inter tribunos militum*, sed haec explicatio non est ipsius LIVII. Proconsul in pugna adversus Celtiberos 40. 40 equites iubet effrenatos equos in hostes immittere. Hodie per editiones nostras satis creditur addidisse: quod saepe Romanos equites cum magna laude fecisse sua, memoriae proditum est. Satin certum est LIVIUM non induxisse strenuum imperatorem tam insulse declamantem?

CAPUT TERTIUM.

Quum praecedenti capite quasdam interpolationes indicavimus, nunc, mutato instituto, in animo est corrigere complures locos, qui contrario vitio laborant. Sunt nempe haud pauci numero in quibus similes litterarum ductus fecerunt ut quaedam exciderent. Incipiam ab 3. 60. 9, ubi Hannibal quum ad Taurinos pervenisset τὸ μὲν πρῶτον εἰς Φιλίαν αὐτὸς προύκαλεῖτο καὶ συμμαχίαν· οὐχ ὑπακουόντων δὲ, περιστρατοπε-δεύσας τὴν βαρυτάτην πόλιν ἐν τρισὶν ἡμέραις ἔξεπολιόρκησεν. Requiero: βαρυτάτην αὐτῶν, cf. 3. 13. 5. Ad hanc emendationem confirmandam addam quosdam alios locos in quibus idem vocabulum periit. Persae, sic enim legimus 1. 2. 2, quoties Asia excedebat, οὐ περὶ τῆς ἀρχῆς ἀλλὰ καὶ περὶ σφῶν ἐκινδύνευσαν. Lego σφῶν αὐτῶν. Probabunt hoc permulti loci, inter quos imprimis notatu digni sunt: 1. 63. 4: οὐ μόνον περὶ τῆς χώρας ἐκινδύνευσαν ἀλλὰ καὶ περὶ σφῶν αὐτῶν; 1. 26. 1: περὶ σφῶν αὐτῶν καὶ τῆς Ἰδίας χώρας δικινδυνεῖς γίγνεται. Eadem ratio est 4. 54. 4: κατολοφυράμενοι τὴν τε τῆς πατρίδος καὶ τὴν αὐτῶν τύχην vel 15. 10. 2: ἀνδρας ἀγαθῶς γίγνεσθαι σφῶν καὶ τῆς πατρίδος ἀξίους. Altero loco σφῶν, altero αὐτῶν, manifesto vitio excidit. Confer modo 1. 71. 4: τότε δὲ περὶ σφῶν αὐτῶν καὶ τῆς πατρίδος ἔμελλον κινδυνεύσειν vel 5. 109. 7; 5. 118. 5; 4. 79. 1; 5. 74. 3; 15. 8. 14, ubi simillima verba leguntur; πατρίδων et σφῶν αὐτῶν perpetuo in-

ter se opponuntur. Vocabulum *αὐτὸς* non dimittam priusquam nonnullos alios locos correxero. Veluti quod legitur 2. 7. 11: *οὗτοι τῶν συμπτωμάτων αὐτοῖς αἴτιοι γεγονότες*, SCHWEIGHAEUSERUS coniecit *αὐτοὶ αὐτοῖς αἴτιοι*; perficiet emendationem qui scripserit *αὐτοὶ αὐτοῖς*. Etenim hoc est perpetuum vitium in SCHWEIGHAEUSERI editione quod putat nil referre utrum *αὐτοῖς* scribat an *αὐτοῖς*. Utrumque vocabulum confunditur quidem in Codicibus recentioribus; verum si hac in re Codicum auctoritate standum est, standum est auctoritate antiquissimum. Vaticanus autem satis fideliter *αὐτοῖς* servavit, non *αὐτοῖς*, ubi illa forma in Attica dialecto necessaria est. Hinc intelligitur singula sere capita laborare morbo levissimo quidem sed eo turpiore, quo facilius possit sanari. Eodem modo corruptum est 22. 14. 14: *ἐγένοντο δ' αὐτοῖς αἴτιοι κακῶν*, ubi in simillima re eadem culpa admissa est, cf. 1. 71. 8. Nihil magis prodest maculis detegendis et detergendas quam similiuni locorum comparatio. Qui 5. 54. 5 observavit προσήνεγκε τὰς χεῖρας ἔαυτῷ, in eadem re idem requiret 5. 59. 5. Si 58. 2. 6 probabit συνειδὼς αὐτῷ τὰ πεπραχμένα, non αὐτῷ, idem quoque reponet 5. 11. 8 et 5. 14. 5 et sic in ceteris. Huc quoque pertinet 1. 84. 6 ubi pro ἐπ' αὐτῇς τῆς ἀληθείας BEKKERUS rectissime reposuit ἐπ' αὐτῇς τῆς ἀληθείας, vide modo 1. 21. 5. Multi FABIO PICTORI fidem habent, λαβόντες ἐν νῷ διότι κατὰ τοὺς καιροὺς ὁ γράφων γέγονε. Neminem vidisse necessarium esse κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιρούς! Confer 4. 28. 1 ubi codem modo pro κατὰ τοὺς αὐτοὺς legitur κατὰ τοὺς in Codice rescripto. Quod legitur 2. 15. 1: σι-
του τοσαύτην ἀφονίαν ὑπάρχειν συμβαίνει κατὰ τοὺς τόπους tuelur REISKIUS Animadversionum pag. 105 et tamen malo κα-
τὰ τούτους τοὺς τόπους. Idem vocabulum periit: "Ισως μὲν
cūν ἐξ ἀρχῆς ἔδει πάντα προορᾶσθαι; lego πάντα ταῦτα,
collato 12. 10. 6. Non magis ferri potest 12. 6. 61: πόρρω
γὰρ ἐκτοπίσαντες ἐκ τῶν συνειδότων, ubi suppleo ἐκτοπί-
σαντες ἔαυτούς, ut recte legitur 1. 74. 7: ἐπὶ δύο ἡμέρας
ἐκτοπίζοντες αὐτοὺς, modo describas αὐτούς vel ἔαυτούς. Pro-
babiliter corrigi potest quod de Regulo legitimus, 1. 35. 5: 'Ο
γὰρ μικρῷ πρότερον οὐ διδοὺς ἔλεον οὐδὲ συγγνώμην τοῖς πταίουσι,
παρὰ πόδας αὐτὸς ἤγετο δεησόμενος τούτων περὶ τῆς ἔαυτοῦ

σωτηρίας, immo αὐτῶν τούτων. Quod POLYBIUS de se prae-dicat 4. 2. 2: ἐξ οὗ συμβαίνει τοῖς μὲν αὐτοὺς ἡμᾶς παραγεγονέναι, τὰ δὲ παρὰ τῶν ἑωρακότων ἀκηκοέναι, quam labem contraxerit intelliget quicumque meminit CTESIAE locum: τὰ μὲν αὐτὸς ἰδὼν γράφω, τὰ δὲ παρ' αὐτῶν μαθὼν τῶν ἰδόντων. Supple igitur παρ' αὐτῶν τῶν ἑωρακότων.

Saepiuscule excidit particula μέν. Primum exemplum erit 3. 45. 5: τῷ προεστῷ Μακεδόνων, ἐπιτροπεύοντι δὲ Φιλίππου, quod bene Graecum erit si legemus: προεστῷ μέν, sicut μέν de more additur 2. 41. 4. De Antiocho est 10. 31. 1: ἀσφαλῶς διέβησαν τὰς δυσχωρίας, βραδέως δὲ καὶ δυσχερῶς; legendum est ἀσφαλῶς μέν. Eodem libro 11. 6: συγκεφαλαιωσάμενοι τὴν ἐκ τοῦ κατορθώματος ἐλάττωσιν τῶν ὑπεναντίων, αὖξησιν δὲ τῶν σφετέρων πραγμάτων; corrige τὴν μέν. Memorabilis est corruptela 5. 109. 7: ὑπομνήσεως μόνον, παρακλήσεως δ' οὐ προσδεῖ. Certum est reponendum esse, pro μόνον, μὲν, ut est 5. 31. 12: ἀγάνισμα μέν, μάθημα δ' οὐ γίγνεται. Huc accedat alias locus ubi contra μόνον excidit. Legitur 15. 28. 9: Ἀκμάζειν δὲ νῦν μάλιστα, ἔφη, καὶ προσδεῖσθαι τῶν καταρξομένων. Emendo: τῶν καταρξομένων μόνον. Itidem 5. 46. 8: δηλούντων ὡς ἐὰν διαβῆ τὸν ποταμὸν, ἀπαν ἀπονεύσει πρὸς αὐτὸν τὸ τοῦ Μόδλωνος σρατόπεδον, post ποταμὸν adde μόνον. Etiam 5. 11. 11. videtur reponendum: ὃν οἱ μὲν παρὰ τῶν Παρθενῶν ἥκον.

Pronomen τις saepe evanuit post τοιοῦτος. Primo afferam duos locos olim corruptos, nunc restitutos. Decimo libro 16. 2 nunc legitur: "Εσι δὲ τοιαύτη τις ἡ περὶ τὰς τῶν πόλεων καταλήψεις οἰκονομία. Codices dant τοιαύτης ἡ. Usque ad BEKKERUM 2. 58. 5 edebatur: "Εσι δ' οὖν ὡς ἐμὴ δόξα τοιαύτη. Τῆς ἴσηγορίας κτέ.; in editione Berolinensi primum correctum est τοιαύτη τις. Ἰσηγορίας κτέ. His locis addam quosdam alios quibus non fallax illa medicina proderit. Hannibalis militibus, superatis Alpibus, 5. 87. 2: ἐπεγεγόνει σχεδὸν ἄπασιν ὁ λιμψώρος καὶ τοιαύτη καχεῖα: immo τοιαύτη τις. Neque proho διὰ τοιαύτην αἰτίαν, ut est 12. 4. 1. aut διὰ τοιαύτας αἰτίας, 10. 31. 2. Scribendum est διά τινα τοιαύτην αἰτίαν et διά τινας τοιαύτας αἰτίας, ut saepissime obser-vavi v. c. 2. 2. 3; 4. 57. 8; 1. 8. 2; 1. 83. 6; 14. 12. 2 et

alibi quoque. Hinc corruptum esse suspicor 6. 2. 10, ubi de Lucio Tarquinio legitur πεπεισμένος οὐδενὸς ἔλαττον ἔξειν ἐν τῇ πολιτείᾳ διὰ τινας ἀφορμάς. REISKIUS conicit διὰ τὰς ἀφορμὰς et interpretatur: *propter opes suas*. Malim διὰ τινας τοιαύτας ἀφορμᾶς, ut est 14. 1. 5: ἐπελάβετό τινος ἀφορμῆς τοιαύτης. Arcades ut est 4. 20. 11 musices ignorantiam excusare non possunt διὰ τὸ τῶν αἰσχρῶν παρ' αὐτοῖς νομίζεσθαι τοῦτο. Haud parum rectius iudico διὰ τό τι τῶν αἰσχρῶν. Idem vitium obsidet 6. 26. 4. Milites iurati aliquo convenire nil quidquam excusare possunt πλὴν ὄρνιθείας καὶ τῶν ἀδυνάτων. Suppleverim καὶ τινος τῶν ἀδ. cf. 6. 1. a. 2; 6. 58. 1, cet.

Notissima est periphrasis *οἱ περὶ τινα*. Usurpat eam POLYBIUS ita ut verbi causa Syriae regem nominet τοὺς περὶ τὸν Ἀντίοχον, 21. 9. 2 et ob insignem pietatem laudentur οἱ περὶ τὸν Κλέοβιν καὶ Βίτανα, ex Herodoto notissimi. Haec locutio haud semel periit. Quod nunc legitur 7. 5. 5: ἥρετο τοὺς περὶ τὸν Ἰπποκράτην, ποίας μετέχουσι γνώμης, debetur CASAUBONO; editio Ursini dabat ἥρετο τὸν Ἰπποκρ. Idem bis redde 15. 34. In tertia paragrapho est: διὰ τὸ μήτε πολεμικὴν τόλμαν καὶ δύναμιν ἐπίσημον γεγονέναι περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα· in quarta τὰ δὲ ἐναντία τούτοις συμβεβηκέναι περὶ τὸν προειρημένον ἄνδρα. Apparet legendum esse τοῖς περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα εἰ τοῖς περὶ τὸν πρ. ἄ. Tria vocabula exciderunt 50. 20. 2: Τοῦ περὶ Καλλικράτην μέσους οὕτως ἀν τις τεκμήραιτο. Si haec quoque verba quae excerpti initio leguntur e POLYBIO descripta sunt, legenda sunt: Τοῦ πρὸς τοὺς περὶ τὸν Καλλικρ.

Attendendum est ad particulam ἀεί, quae subinde ab exilio revocanda est. Sic 6. 1. a. 1 ἀφέμενοι τοῦ συνάπτειν καὶ προστιθέναι τὸ συνεχὲς τῆς διηγήσεως. L: προστιθέναι ἀεί. Illud enim ipsum ipsissimis verbis POLYBIUS pollicitus erat 1. 15. 13. Rectissime legitur 21. 6. 10: ἵση μὲν προσθῆτε τὰ κόλουθον sed 11. 14. 5 μέγα μὲν γὰρ ἴσως καὶ τὸ προτερήματος ἀρχὴν λαβόντα προσθεῖναι τὰ κόλουθον, si quid iudico, requiritur προσθεῖναι ἀεί. Hunc dicendi morem illustrant quoque 8. 10. 7; 10. 26. 9 et 7. 12. 11, nisi quod ultimo loco: Τραπείσις γὰρ ἐπὶ τὴν ἀντικειμένην προσίρεσιν τῇ πρόσθευ καὶ ταῦτῃ προστιθεῖσι ἀεὶ τὰ κόλουθον κτέ. verius videatur προσθεῖσι.

Verbum φυλάττειν bis apud POLYBIUM restituendum esse, ipse iam observaveram, cum cognovi alterum locum a CASABONO, alterum a REISKIO iam fuisse emendatum sed SCHWEIGHAUSERO placuisse corruptam Codicum lectionem. Alter locus legitur 4. 63. 8: ἀφεὶς ὑποσπόνδους τὸν δύτας τῶν Αἰτωλῶν, ubi § 3 monstrabit verum esse φυλάττοντας. Alter locus legitur in foedere Philippi cum Hannibale, 7. 9. 5: ἐφ' ᾧ τ' εἶναι σωζομένους ὑπὸ Φιλίππου. Post σωζομένους excidisse καὶ φυλαττομένους confirmabit § 7.

Corrigendum est 5. 69. 8, ubi manifesto vitio exstat ζητῶν ἀφορμὴν τοῦ πράττειν, ubi aequo necessarium est reponere τι πράττειν ac fuit cum REISKIUS idem proponeret 5. 100. 11 quod postea VATICANUS Codex confirmavit.

Tres litterae supplendae sunt 2. 38. 9. Haec est causa, inquit POLYBIUS, τοῦ τὴν ὑπάρχουσαν αὐτοῖς (Αχαιοῖς) εὑδαιμονίαν καταστήσασθαι. Malim τὴν νῦν ὑπάρχ. Vide modo 9. 51 5. aut 4. 32. 9, qui locus in simillima re versatur. Ibi scriptor precatur: Εἴη μὲν οὖν οἵονεὶ συμφῦναι τὴν νῦν ὑπάρχουσαν κατάσασιν Πελοποννησίοις.

Ab usu POLYBII aliena sunt verba 2. 55. 2: ἐπανασῆναι τοῖς Κλεομενισᾶῖς. Huiusmodi vocabula bis tantum apud POLYBIUM me legere memini, nempe Ἀντιοχιῆς 21. 4. 2 et μακεδονίζειν 29. 5. 5, sed haec verosimiliter excerptori tribuenda sunt; illuc reponendum videtur ἐπανασῆναι τοῖς Κλεομέν[ους αἱρετ]ισᾶῖς, sicuti Noster loquitur 2. 58. 7 et 2. 55. 8.

Aliquid displicet 5. 105. 7. Ibi Fabius Maximus Minucio αἱρεσιν προτείνει τοιαύτην ἡ κατὰ μέρος ἀρχειν, ἢ, διελόμενον τὰς δυνάμεις, χρῆσθαι τοῖς σφετέροις στρατοπέδοις κατὰ τὴν αὐτοῦ προαιρεσιν. Haud paullo melius est χρῆσθαι τοῖς σφετέροις στρατοπέδοις ἐκάτερον κατὰ τ. αὐτ. πρ.

Levius est quod correctum velim 5. 106. 9; nam κομισάμενοι παρὰ τῶν ὑπάτων ἐντολάς necessario corrigendum est τὰς παρά. Articulus excidit quoque 5. 52. 8: οἷον Περσικὸν ἢ τὸν Φιλιππικὸν λεγε τὸν Περσικόν, In 5. 40. 9: ὃν εἰς ἣν Γάϊος Λουτάτιος καὶ τὴν ὅπατον ἀρχὴν εἰληφὼς requiro ὁ καὶ τὴν ὅπ., ut 21. 6. 1. Certius etiam est 4. 7. 1: καθηκούσης αὐτοῖς (Αχαιοῖς) ἐκ τῶν νόμων συνόδου. Supple τῆς ἐκ τ., ut est 4. 14. 1; 4. 15. 8; 5. 94. 1, alibi. In fragmentis VATICANIS

6. 1. a. 5: ἐκ τῶν ἐν ἀτυχίαις περιπτειῶν, καὶ τῶν ἐν ταῖς ἀτυχίαις κατορθωμάτων, conieceram ἐν ταῖς ἀτυχίαις. Confirmavit HEYSII collatio, quae postea deinum mihi innotuit. In 15. 25. 2 ἀρτῦσαι Φόνου . . . πέμπτη θυγατρὶ Βερενίκης coniicio τῇ θυγατρὶ. In 16. 3. 8 docemur quod sequitur de pugna apud Laden: Διονυσόδωρος καὶ Δεινοκράτης συμπεσόντες ὁ μὲν ἔπτηρει, ὁ δὲ δικτήρει, παραβόλως ἔχρησαντο τῇ υκυμαχίᾳ. Tum POLYBIUS pergit Δεινοκράτης μὲν πρὸς δικτήρην συμπεσὼν κτέ., immo ὁ πρός. Hac medicina utere quoque 35. 15. a. 4: ὅταν μηδὲν ἀνύνται κατὰ λόγου, ἀνάγκη πεῖραν λαμβάνειν τῶν παρὰ λόγου. Summa evidētia corrigendum est τῶν κατὰ λόγου.

Facile amplecterer emendationem REISKII qui 4. 17. 11 οὐ προσποιούμενος οὐδὲν τῶν γιγνομένων post οὐδὲν supplet εἰδέναι, nisi 28. 2. 5 προσεποιήθη τούτων οὐδέν faceret ut dubitarem. Hoc tamen loco cum mox sequitur καὶ περ σαφῶς εἰδύτα verbum εἰδέναι forte omitti potuit eodem iure quo 5. 25. 7 rectissime dicitur: σαφῶς μὲν εἰδώς, οὐ προσποιηθεὶς δέ.

Grave vitium inquinat 4. 21. 11. Disseruit POLYBIUS de vi musices Κυναιθέων ἔνεκα· ἵν' ἂν ποτ' αὐτοῖς ὁ Θεὸς εὖ δῷ τραπέντες πρὸς παθεῖαν, ἡμερώσειαν αὐτούς. Offendit εὖ διδόναι etiamsi SCHWEIGHAEUSERUS ad hunc usum illustrandum apte contulit EUR. Orest. 667. In Codicibus parum est praesidii; in Vaticano εὖ postea adscriptum fuit, Augustanus habet γρ. εὐδῶ: suspicor legendum esse ἂν ποτ' αὐτοῖς ὁ Θεὸς εὐδίαν δῷ. Vocabulum εὐδίαν POLYBIUS usurpat 1. 60. 8 et 10. 10. 5. Quibus ὁ Θεὸς εὐδίαν ἔδωκε dicuntur παρευδιάζεσθαι, 4. 32. 5, de quo vocabulo REISKIUS egit *Animadvv.* pag. 319. Ceterum paullo infra 4. 51. 6 in fragmendo quodam PINDARI occurrit ἐν εὐδίᾳ τιθεὶς; librarii qui vocabulum sibi minus notum fortasse non capiebant, exstat tamen apud recentiores quoque, inde effecerunt ἐν εὐδίᾳ τιθεὶς, mox proclivi vitio εὐδίᾳ τιθεὶς. Hinc intelligitur non mirandum esse, si loco laudato quattuor litteris omissis pro εὐδίᾳ δῷ scriptum sit εὖ δῷ.

Nemo sana iudicabit esse vocabula 4. 25. 4: Ἀχαιῶν ἀπολογιζομένων ὡς ἐπιβουλεύσαιεν τῇ Μεγάλῃ πόλει, ἀνάσατον αὐτὴν ποιῆσαι. Emendandi viam monstrabit 4. 53. 4. ἐπεβάλοντο πολεμεῖν σπεύδοντες αὐτὴν (τὴν τῶν Λυττίων πόλιν) εἰς

τέλος ἀνάσατον ποιῆσαι. Itaque legendum est ἀνάσατον σπεύδοντες αὐτὴν ποιῆσαι.

Corruptelae origo in aprico est 4. 52. 1: Οἱ δὲ τῶν Μεσσηνῶν προεσώτες, δλιγαρχικοὶ καὶ σοχαζόμενοι τοῦ παραυτίκα λυσιτελοῦς διέκειντο πρὸς τὴν εἰρήνην. Immo δυτες δλιγαρχικοὶ, cui vocabulo fatales fuere quattuor litterae proxime antecedentes. Quod hic occurrit διέκειντο restituendum est 5. 67. 1: οἱ μὲν περὶ τὸν Σωσίβιον ἔτοιμοι πρὸς πᾶν ubi quid omissum potest esse nisi illud ipsum διέκειντο? vide 3. 15. 2 et 6. 25. 4. Huic loco adiungam 5. 18. 5: ἐπέβαλε τοῖς καταντικρὺ τῆς πόλεως λόφοις, ubi requiri videtur κειμένοις λόφοις.

Ferri nequit 5. 60. 9: προστρέχοντες πρὸς τὸν Λεόντιον τὸν ἐπὶ τῶν δλων, nisi suppleto ἐφεσῶτα, ut recte editur paragrapho secunda.

In oppugnatione urbis cuiusdam in Palaestina leguntur ea quae hic αὐτολέξει adscribere operae pretium est, 5. 71. 7: Πολλὴν δὲ ποιουμέγων σπουδὴν τῶν περὶ τὸν Θεόδοτον καὶ Νίκαρχον καὶ συνεχῶς ἀμιλλωμένων πρὸς ἀλλήλους, περὶ τοῦ πότερος αὐτῶν Φθάσει καταβαλὼν τὸ προκείμενον τῶν ἔργων τεῖχος· ταχέως συνέβη καὶ παρὰ τὴν προσδοκίαν, ἐκάτερον πεσεῖν τὸ μέρος. Qui haec accurate perpendet sentiet mecum verum esse quod inserendum esse puto ἄμ' ἑκάτερον. Idem vitium tollimus 35. 4. 10. Scipio Aemilianus prosectorus in Hispaniam καίτοι γ' ἔφη κατ' ίδιαν μὲν αὐτῷ τὴν εἰς Μακεδονίαν ἔξοδον ἄμα μὲν ἀσφαλεσέραν εἶναι Excidisso quaedam verba appetat; velim scire nūm alia excidere potuerint quam haec: ἄμα μὲν ἀσφαλεσέραν, ἄμα δὲ οἰκειοτέραν εἶναι.

Antigonus Rhodiis donasse traditur 5. 89. 6 πίττης τάλαντα χίλια, ἄλλης ὅμης μετρητὰς χιλίους. Nihil excidere potuit quam πίττης ἐφθῆς, quae recte opponitur πίττη ὡμῆ. De utroque picis genere satisfacient Editores nuperi HENRICI STEPHANI lexicu.

Intelligi nequit 6. 5. 5: "Οταν ἢ διὰ κατακλυσμοὺς, ἢ διὰ λοιμικὰς περισάσεις, ἢ δι' ἀφορίας καρπῶν, ἢ δι' ἄλλας τοιαύτας αἰτίας Φθορὰ γένηται τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους, οἵας ἥδη γεγονέναι παρειλήφαμεν, καὶ πάλιν πολλάκις ἔσεσθαι ὁ λόγος αἴρετ nisi suppleatur οἵας ἥδη πολλάκις γεγονέναι παρε-

λήφαμεν, cf. si tanti est 4. 52. 8; 18. 20. 9 vel 18. 32. 2. Eiusdem fere generis est 6. 45. 5 ubi POLYBIUS agit de possessione agri publici apud Lacedaemonios, ὃν οὐδενὶ μέτεσι πλεῖον. Immo οὐδενὸς πλεῖον. Sic οὐδείς saepissime apud Nostrum usurpat, v. c. 32. 12. 9: ἀπλῶς γὰρ οὐδεὶς οὐδενὶ διδωσι τῶν ἴδιων ὑπαρχόντων ἐκὼν οὐδέν, 53. 15. 7: βοηθειαν πέμπειν οὐδενὶ κατ' οὐδενός, et quis non apud Graecos ita saepe locutus est?

Non fero 6. 57. 4: ὥσε τοὺς δυναμένους τὰς ἀρχὰς τῷ τέλει συνάπτειν τῆς ἐνεργότης ὑποθέτεως, καν αὐτοὺς ἥδη προειπεῖν περὶ τοῦ μέλλοντος. Immo προειπεῖν δύνασθαι, ut est 6. 11. 4: ὥσε μηδένα ποτ' ἀν εἰπεῖν δύνασθαι aut 18. 20. 12: Ἐγὼ γὰρ οὕτω χειρῶ τὰς διαλύσεις, ὥσε μηδὲ βουληθέντα τὸν Φιλιππον ἀδικεῖν δύνασθαι τὸν "Ελληνας, ubi necessarium est χειριῶ et melius legetur βουληθέντ' ἀν.

Certissima emendatione vitium eximi potest 8. 1. 7. ubi de Pelopida: καὶ παρὸν εἰς Θετταλίαν πολέμιος ἐπὶ καταλύσει τῆς Ἀλεξάνδρου μοναρχίας, πρεσβεύειν πρὸς τοῦτον ὑπέμεινε δεύτερον. Inaudita est altera illa Pelopidae legatio. Novimus autem v. c. e DIODORO 13. 71, illum cum Ismenia ad Alexandrum profectum esse, unde patet legendum esse δεύτερος γενόμενος. Nam sic POLYBIUS loquitur 5. 81. 2: εἰσπορεύεται τρίτος γενόμενος. Paullo aliter de Antiocho Epiphane 26. 10. 2: ἀλύων ἐφαίνετο δεύτερος καὶ τρίτος. Legitur 8. 21. 8 πέμπτος γενόμενος: semel 16. 5. 14 τρίτος αὐτός.

LIVIUS proderit POLYBIO 8. 36. 15, ubi Hannibal dicitur exisse Tarento φυλακὴν ἀπολιπών τῆς πόλεως. Apud LIVIUM est modicum praesidium, 25. 11, unde coniicio legendum esse φυλακὴν ἵκανην, sicuti POLYBIUS saepissime loquitur, vide modo 5. 6. 5.

Errare videtur REISKIUS qui 9. 1. 8: Καρχηδόνιοι οὐχ ἥττον ἐνὶ οἰς καιροῖς ἐδυσχρησοῦντο τῶν ἥττωμένων emendavit ἐν τοῖς τότε καιροῖς. Legendum est ἐν ἐνὶ οἰς κ., ut est 8. 5. 5 et 27. 8. 9.

De puero qui litteras docetur est 10. 47. 9: ὅταν ἀνεπισάτως θεωρῇ τις τὸ παιδάριον ὑπὸ τὴν ἀναπνοὴν ἐπτὰ καὶ πέντε σίχους συνεῖρον, cet. Vide an scribendum sit ὑπὸ τὴν μίαν

ἀναπνοὴν sicuti 12. 4. 8: ὥσε τὸν μίαν τοκάδα χιλίους ἐκτρέψειν ὅς.

Ingens numerus locorum veram scripturam ostendunt 16. 14. 7: Ἰκανὰ γὰρ τὰ κατ' ἄγνοιαν γιγνόμενα τοῖς γράφουσιν, ἀ διαφυγεῖν ἀνθρωπον δυσχερές. Immo ἀνθρωπον δυντα. Sic docemur 24. 9. 2: εὐτυχῆσαι μὲν ἀνθρωπον δυντα δυνατὸν, διευτυχῆσαι γε μὴν ἀδύνατον et si quis dubitat conferat 2. 4. 5; 2. 7. 1; 5. 31 3; 8. 23. 11; 24. 8. 5; 37. 4. 2 et 39. 5. a. 5.

Ferri nequit 15. 26. 10: πολὺς ἦν ὁ καταπλέων ἐκ τῶν ἄνω σρατοπέδων. REISCIUS supplere voluit ἔχλος vel σρατὸς, quod non necessarium iudicat SCHWEIGHAEUSERUS. Aliquanto propius ad litterarum ductus accedit ὁ καταπλέων λεώς, cf. 1. 26. 2.

Articulus excidit 24. 9. 1. ubi de Philopoemene: καίτοι δέξας ἐν παντὶ πρὸ τοῦ βίῳ συνεργὸν ἐσχηκέναι ταύτην. Quod olim conieceram τῷ πρὸ τοῦ, confirmavit postea collatio HEYSII.

Nullo negotio corrigi potest 26. 5. 4: ἐπελάβετο τοὺς δὲ καὶ δικαίως προστρέχοντας αὐτῇ σωματοποιεῖν. Immo καὶ δικαίως καδίκως. Verum hoc dudum iam vidit REISCIUS.

Rhodii ut est 27. 6. 14: καταρτύσαντες τριήρεις ἔξ, πέντε μὲν ἔξαπέσειλαν ἐπὶ Χαλκίδος, ἡγεμόνα συσήσαντες ἐπ' αὐτῶν Τιμαγόραν· τὴν δὲ μίαν εἰς Τένεδον, ἐφ' ἣς ἀρχαν ἐπέπλει Τιμαγόρας. Hic GRONOVIA annotavit: » Alteruter nomen habuit Τιμανόραν; » sed verum docebit CASAUBONI versio: *Timagoras alter*, quod indicat eum coniecissem in quod sponte incidi: Τιμαγόραν ἔτερον.

Admodum dubitanter dicam de 29. 1. b. 1: τό τε γὰρ γράφειν κατὰ μέρος ὑπὲρ τοιούτων ἀκριβολογούμενον, ἀ δι' ἀπορρήτων πρὸς αὐτοὺς οἱ βασιλεῖς ἐπραττον, εὖ γ' ἐπίληπτον ἐφανετο καὶ τελέως ἐπισφαλές, quae lectio est ANGELI MAII, HEYSE legit εὐεπίληπτον. Suspicio verum esse εὐπερίληπτον collato 7. 7. 7: Ἀλλά μοι δοκοῦσιν οἱ τὰς ἐπὶ μέρους γράφοντες πράξεις ἐπειδὴν ὑποθέσεις εὐπεριλήπτους ὑποσήσωνται καὶ σενάς ἀναγκάζεσθαι τὰ μικρὰ μεγάλα ποιεῖν. Sed lectores iudicent ipsi.

Mentio sit 29. 6. a. 2 pugnarum ἐν αἷς ἐνίστε πεζοὶ μὲν ἐπε-

σον δέκα, ποτὲ δὲ μικρῷ πλείους, ἵππεῖς δὲ τούτων ἐλάττους.
Malo δὲ τούτων.

Quod legitur 52. 8. 11. Καὶ τοῦτο μνημονεύεσθαι παρ' ὅλην τὴν πραγματείαν corrigendum est μνημονεύεσθαι δεῖ.

Velim scire quid sit 55. 2. 6: Οἱ δὲ καίπερ ὄντες βάρβαροι διετίθεντο λόγους καὶ πάσας ἔξευκρινεῖν ἐπειρῶντο τὰς διαφοράς. Melius intelligerem λόγους πολλούς, cf. LIVIUS 27. 17.

Quod correctum velim 57. 4. 6 ita comparatum est ut nisi loco paullo longiore adscripto intelligi nequeat. POLYBIUS ibi quaestionem instituit de causis ὀλιγανθρωπίας, quae tunc temporis in Graecia animos terrebat; inter eas haec quoque fuit: τῶν γὰρ ἀνθρώπων εἰς ἀλλαζονείαν καὶ φιλοχρημοσύνην, ἔτι δὲ καὶ ῥᾳθυμίαν ἐκτετραμμένων, καὶ μὴ βουλομένων μῆτε γαμεῖν μήτ' ἀγάμεως τὰ γεινόμενα τέκνα τρέφειν, ἀλλὰ μόλις ἐν τῶν πλειστῶν οὐδόν, χάριν τοῦ πλουσίους τούτους καταλιπεῖν καὶ σπαταλῶντας θρέψαι, ταχέως ἐλαθε τὸ κακὸν αὐξηθέν· καὶ γὰρ ἐνὸς ὄντος οὐδὲν quae sequuntur manca sunt, sicut GELLIUS iam monuit; sed etiamsi de loco in integrum restituendo desperandum sit, non dubito tamen quin aliquid proficiatur legendo: Καὶ γὰρ ἐνὸς νίκεος ὄντος. Vocabulum excidit ob praecedentem syllabam νίς, nempe cum scriptum esset noto compendio ΤΟΣ, unde repetendum est quod librarii haud securus atque Circe filios familias vertunt in sues aut contra, si euti accedit 12. 4. 8, loco quem supra excitavi. In 8. 31. 8. Φυλαφῶν τὸν ὕν ridiculo errore sit τὸν νίδν. Sed quid iis facias qui 12. 15. 11 pro ὄνοι scripserunt ἀνθρωποι? In 31. 22. 5 Codices tibi dant legendum hoc: κυνηγετεῖν τὸν νίδν.

Quae leguntur 57. 4 in fine sic descripta sunt ab ANGELO MAIO: δῆλον δὲ καὶ τῶν λέγεσθαι μελλόντων. Conieceram δὲ ἔτσι ἐκ τῶν λ.; confirmavit HEYSII collatio.

Ipsa verba quibus POLYBIUS historiam suam exorsus est levem labem contraxerunt. Εἰ μὲν τοῖς πρὸ ἡμῶν ἀναγράφουσι τὰς πράξεις, παραλεῖφθαι συνέβαινε τὸν ὑπὲρ αὐτῆς τῆς ἴσορίας ἔπαινον, ἵσως ἀναγκαῖον οὖν, κτέ. Verum legendum est ἵσως ἀν ἀναγκαῖον οὖν, confer modo 1. 5. 7 et talis est solemnis consuetudo POLYBI. Adiungam duos alios locos qui eodem morbo laborant. In 5. 55. 1: πάντας ἄρδην ἀπολέσθαι συνέβη, εἰ μὴ, κτέ.: immo πάντας ἄν. Confer 5. 68. 5: πολλοὺς ἀν αὐτῶν

συνέβη διαφθαρῆναι, 4. 11. 8; 4. 61. 5 et 9. 55. 4. Non minus necessarium est 4. 56. 2: *μόνως γὰρ οὗτως ἔφη λῆξαι τὴν τῶν Λακεδαιμονίων φιλονεικίαν εμενδαρε μόνως γὰρ ἀν οὕτως.*

De Mamertinis est 1. 7. 5: *ταχὺ δὲ καὶ ῥᾳδίως καλῆς χώρας καὶ πόλεως ἐγκρατεῖς γενόμενοι.* Recte sic dicitur, sed tamen requiro adiectivum, quo ipsa urbs ornetur sicuti regio ipsa pulcra nominatur. Verum videtur καλῆς χώρας καὶ ἴσχυρᾶς πόλεως; in vocabulis καλ — ἡς χώρας agnosco vestigia adiectivi olim a librario propter similes litterarum ductus omitti.

Facilius lectoribus persuadere potero aliquid supplendum esse 1. 56. 4: *ἡ περίμετρος τῆς ἁγω σεφάνης οὐ λείπει τὸν ἑκατὸν σαδίων.* Si bene memini morem POLYBII rescribendum est οὐ πολὺ λείπει.

Nullum gravius damnum sententia accipere potest quam si particula negationis forte fortuna excidit. Itaque quo est violentior huius voculae inserendae medicina, eo oportet esse cautiores. Saepiuscule tamen hac sola ratione scriptoris manum restituas. In 3. 70. 12 verba: *Ἀννίβας μὲν οὖν, εἰδὼς τὴν ἐσομένην ὁρμὴν τοῦ Τιβερίου πρὸς τούτοις ἦν, aut ego totum locum et rationem eorum quae praecedunt non intelligo, aut POLYBIUS scripsit οὐκ εἰδὼς.* In 12. 15. 5 POLYBIUS e TIMAEO refert verba uxoris Agathoclis, quibus eum mortuum prosecuta est. *Τι δ' οὐκ ἔγω σέ; τι δ' οὐκ ἔμε σύ;* nisi fallor dixit: *τι δ' ἔγω σέ; eieclo οὐκ,* quod sententiam turbat. Quod legimus 22. 9. 9: *συνέβαινε δὲ τὸν μὲν Ἀλέξανδρον πλουσιώτατον εἶναι πάντων τῶν Ἑλλήνων· τὸν δὲ λοιπὸν καθυσερεῖν τοῖς βίοις, πολὺ δὲ λείπεσθαι τοῦ προειρημένου ταῖς οὐσίαις, fieri potest ut gravius etiam corruptum sit, sicuti REISKIUS suspicatur pag. 654. Tenendum tamen erit negationem deesse ante καθυσερεῖν, Suppleverim 52. 17. 2: *τοῖς Δηλίοις διαδοθείσης ἀποκρίσεως, αὐτοῖς μὲν ἐκχωρεῖν ἐκ τῆς νήσου, τὰ δὲ ὑπάρχοντα κομιζεσθαι, quod sensu cassum erit, donec legeris μὴ κομιζεσθαι.* Corrige quoque 3. 9. 2: *οὐκ ἔνεκα τῆς πιθανότητος τῶν εἰρημένων ἀγωνιῶν, μὴ πισευθῆ παρὰ τοσιν.* Lege: *μὴ οὐ πισευθῆ;* nam vereor ne credatur est ἀγωνιῶ μὴ οὐ πισευθῆ: *non vereor ne credatur, οὐκ ἀγωνιῶ μὴ οὐ πισευθῆ:* vereor ne non credatur, ἀγωνιῶ μὴ οὐ πισευθῆ, ut est 16. 17. 1. Qui dubi-*

tat an haec norma constans sit et perpetua apud POLYBIUM conserat 6. 10. 5; 9. 10. 11; 9. 15. 5; 15. 2. 2; 17. 29. 7, cet. Eodem modo URSINUS 58. 1. 4 pro διασπάσαι correxit οὐ διασπάσαι et Salmasius 57. 2. 1 οὐ βελτίων pro βελτίων, contra SUIDAM, qui Codicum lectionem confirmat, unde patet errorem esse satis antiquum. Pariter in *Maccabaeorum* libro tertio 7. 2 non fero καθὼς προαιρούμεθα, sed commendo οὐ καθὼς.

Legitur 5. 56. 2 Sosibius suisse ἔχων πραγμάτων ἀληθινῶν ἔννοιαν. Confer 12. 25. n. 2 ἔννοια τοῦ πράγματος ἀληθινή, quem locum, si REISKIUS aut GRONOVII adducere potuisserint, quod non potuerunt, legitur enim in Vaticanis fragmentis, ne SCHWEIGHAEUSERUS quidem dubitasset recipere quod proposuerunt ἀληθινήν. Admoneor hic alius loci 6. 1. a. 5 ubi ἐπειδὴν ἀληθῶς προθῶνται δοκιμάζειν de more dictum oportuit ἀληθινῶς. Sic ut hoc utar 21. 12 10 invenitur βλέπειν τοὺς καὶ ποὺς ἀληθινῶς et POLYBIUS saepe sic loquitur. Adduxi autem utrumque locum ut occasio daretur emendandi 18. 12. 2, ubi sarissae dicuntur κατὰ μὲν τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑπόθεσιν ἐκκαίδεκα πάγκεων, κατὰ δὲ τὴν ἀρμογὸν τὴν πρὸς τὴν ἀλήθειαν δεκατεσσάρων. Miror usum vocabuli ἀλήθειαν, sed memor eorum quae leguntur 3. 70. 5: ἀληθινὴν παρέξεσθαι χρεῖαν ἡλπίζε suspicor legendum esse ἀληθινὴν χρεῖαν. Ἀλήθεια et μελέται inter se opponi solent, ut 10. 20. 4 et 18. 15. 6. χρεία de pugna vulgatum est, cf. 2. 33. 5 et 12. 18. 5.

In excursu quodam de officio historiarum scriptoris 6. 57. a. 8: συγχωρεῖν διότι κάκεῖνα παρασιωπᾶται κατὰ κρίσιν οὐ καγνοῖαν· scribe uncialibus litteris ΟΤΚΑΓΝΟΙΑΝ et emerget vera scriptura οὐ κατ' αγνοῖαν; cf. 10. 34. 3; 12. 5. 10; 16. 28. 9, et alibi quoque de hoc usu iterandae praepositionis constare poterit.

Certissima emendatione sanandum 7. 7. 5 ubi in disputatio-ne de indole HIERONYMI: καὶ παῖς παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, εἴτα μῆνας οὐ πλείους τριῶν ἡ δώδεκα βιώσας, (haec ipsa corrupta sunt, sed manum abstineo, quia aliunde mihi non constat quot menses regnaverit) μετήλλαξε τὸν βίον. Contextus docet quaedam desiderari. Lege καίτοι παῖς ὁν παραλ. Confer 7. 12. 4: καίτοι γέω ὅντι παραλαβόντι τὴν Μακεδόνων δυνατείαν.

Nunc video Valesium quoque commendasse καίτοι.

Non magno acumine opus est ut lacuna suppleatur 11. 16.
7: οἵτινες παραταξάμενοι μὲν οὐκ ἀξιόχρεως σφᾶς αὐτοὺς εἶναι τοῖς ὑπεναυτοῖς ἀγωνίζεσθαι. Post ἀξιόχρεως supple δὲ νομίζοντες.

In 15. 7. 1: Σὲ δ' ἀγωνῶ, Πόπλιε, ἔφη, κτέ. malim ᾧ Πόπλιε.

Probabiliter restitui potest 16. 2. 4: μάλιστα δ' ἐσπουδαζε ποιήσασθαι τὸν ἀνάπλουν αἰφνίδιον, πεπεισμένος καταταχήσειν καὶ τὸ λοιπὸν ἀσφαλῆς ἥδη κομισθήσεσθαι παρὰ τὴν γῆν εἰς τὴν Σάμον. Corrige: εἰ καταταχήσοι.

In 29. 9. 7 haud cunctanter pro διὰ τὸ γεγονέναι τὴν παρελθοῦσαν * ἐν τῇ Μακεδονίᾳ παρὰ τῷ Φιλίππῳ legendum τὴν παρελθοῦσαν θερεῖαν. Confer 28. 11.

Polybius ipsius verba sunt ad Aemilianum 52. 10. 8: Εἰς δὲ τὰ λυποῦντά σε νῦν καθὼς Φῆς, δοκῶ μηδένα συναγωνισθῆν καὶ συνεργὸν ἄλλον εὑρεῖν ἀν ἡμῶν ἐπιτηδειότερον. Immo vero σ' εὑρεῖν.

In 36. 2. 6: Οὐ μὴν ἀλλὰ κακῶν αἱρέσεως καταλειπομένης, ἢ τὸν πόλεμον ἀναδέχεσθαι γενναλῶς, ἢ διδόναι τὴν ἐπιτροπὴν περὶ τῶν καθ' αὐτοὺς: lego: δυεῖν κακοῖν. De forma nominis δυεῖν infra erit dicendi locus.

Iuvat addere Livii locum 8. 24 ubi de Alexandro Epiri rege invenio eum in Epirum misisse trecentas *familias* illustres, quas obsidum numero haberet. De more imperarat *filiasfamilias*. CICERONIS locus in libello *de Amicitia* § 19. sensu vacuus nunc editur: Sic enim perspicere videor, ita natos esse nos, ut inter omnes esset societas quaedam; maior autem, ut quisque proxime accederet: itaque cives potiores quam peregrini; et propinqui quam *alieni*. Haec satis plana sunt, sed CICERO pergit: Cum his enim amicitiam natura ipsa peperit; sed ea non satis habet firmitatis: namque hoc praestat amicitia propinquitati, cet. Quicunque quid sit intelligere didicerit, mecum supplebit post *alieni*: et *amici* quam *propinqui*. Eiusdem libri § 99. sermo fit de assentatore callido, cuius haec est ars ut litigare se simulans blandiatur atque ad extremum det manus vincique se *patiatur*. Non hoc requiritur, sed *faleatur*.

(Continuabuntur.)

P O L Y B I A N A.

CAPUT QUARTUM.

His praemissis emendabo locos quosdam quorum corruptelae ex usu uncialium litterarum repetendae sunt. Faciam initium ab 1. 7. 10 ubi male editur: *οἱ μὲν ἐπὶ τὴν τοῦ χάρακος διαρπαγὴν ὅρμησαν*. At hoc neque per ipsam rei naturam fieri potest, neque convenit consuetudini, quam in POLYBIO ipso haud semel observavi; legendum enim est διαρπαγὴν, sicuti verbum διασπᾶν in tali re perpetuum est. Sic διασπᾶν τὸν χάρακα est *convellere vallum*; ineptum foret verbum simplex. Causa corruptelae minime obscura est: ΑΡΙΑΓΗ et ΔΙΑΡΙΑΓΗ perparum differunt; confunduntur ἀγειν et διάγειν, ἀγωγὴ et διαγωγὴ, ἀκούειν et διακούειν et sim. Hanc emendationem si cui nimis incerta videatur, confirmabit HERO in libro *de repellenda obsidione*, qui laudatum locum exscriptis. Viri docti hucusque sedulo adnotarunt ibi legi διαρπαγὴν neque tamen agnoverunt veram lectionem, quam vel sine subsidio invenire facile erat.

SCHWEIGHAEUSERUS gravem labem affricuit 1. 37. 5; nam quod ibi legitur ἥλασσαν ἔξω πελάγιοι nimis distat a Codicibus qui praebent ἔλαθον. Hoc quidem ferri nequit, sed ΕΛΑΘΟΝ manu dicit ad ΕΠΛΕΟΝ h. e. ἔπλεον. Hic denuo mirandum est viros doctos nondum obsecutos esse REISKIO praeclare corrigenti 6. 10. 7. Totum locum hic adscribam: *ἴνα μηδὲν αὐξανόμενον ὑπὲρ τὸ δέον εἰς τὰς συμφυεῖς ἐκτρέπηται κακίας, ἀντισπωμένης δὲ τῆς ἐκάσου δυνάμεως ὑπὸ ἀλλήλων μηδαμοῦ νεύῃ, μηδ' ἐπὶ πολὺ καταρρέπῃ μηδὲν αὐτῶν, ἀλλ' ἰσορροποῦν*

καὶ ζυγοσατούμενον ἐπὶ πολὺ διαιρένη κατὰ τὸν τῆς ἀντιπλοῖας λόγον. Ad hunc locum; REISKIUS »forte ἀντιπλοῖας,» inquit (debut opinor ἀντιπλοῖας). »Sane ex ΑΝΤΙΠΑΘΙΑΣ facile fiat ΑΝΤΙΠΛΟΙΑΣ si ex Α et Θ mediae lineae omittuntur. Est autem ἀντιπλοῖα conflictus contrariarum affectionum inter se, ut superbiae regiae et indignationis popularis; possit quoque de ἀντιπλοῖας cogitari, cum navis aut itinerator adversum ventum contendit, sed et possit vulgata ἀντιπλοῖα defendi, cum quis adversus flumen aut aestum maris nititur.” Haec ille SCHWEIGHAUSERUS inter has dubitationes ingeniosi viri sed ultra modum festinantis verum non agnovit et defendit vulgatam lectionem. Secundum HENRICUM STEPHANUM, ait, ἀντιπλοῖα est ea navigatio, quae sit averso utrinque remorum actu et impulsu, metaphorice pro aequabilitate et parilitate. Apage ineptias: unice verum est ἀντιπλοῖας. Quid hoc sit in rerum natura nemo luculentius docere potest, quam PLUTARCHUS qui in *Symp.* 2. 7 ubi quaeritur de remora pise sic disputat: Ὡταν δὲ καὶ οἱ τὰς ἀντιπλοῖας θρυλοῦντες καὶ ἄλλα πολλὰ ἀντιπλοῦντα ἔη ἀκούειν. Hinc quoque legitur apud POLYBIVM 34. 9. 5, de fonte quodam qui ταῖς παλιρροίαις τῆς θαλάττης ἀντέπαθεν et vocabulum contrarium συμπλόεια observabis 22. 11. 12. Sed rem conficit ARCHYTAE fragmentum apud STOBÆVM pag. 269, quod in consimili arguento versatur. Ipsum locum hic adscribam: Δεῖ τὸν νόμον μὴ μόνον ἀγαθὸν καὶ καλὸν ἔμεν, ἀλλὰ καὶ ἀντιπεπονθέναι τοῖς αὐτῷ μερέσσοιν τὸ δ' ἀντιπεπονθέναι λέγω αὐτῷ καὶ ἄρχεν καὶ ἄρχεσθαι τὰν αὐτὰν ἀρχάν.

Facilius persuadebo de levibus corruptelis duobus aliis locis primi libri. In 1. 22. 4, in descriptione corvorum quibus Romani utebantur in certaminibus navalibus sic lego: Στῦλος ἐν πρώραις σρογγύλος εἰσήκει: immo ἐν πρώρᾳ, quod quum antiquitus scriberetur ΠΡΩΙΠΑΙ sequente Σ perperam acceptum est a librariis. Alibi hoc discrimen accurate servatur. Sic in oppugnatione Syracusarum navium duarum catenis iunctarum nautae stant ἐν ταῖς πρύμναις, 8. 6. 6; contra 8. 8. 1. si qua navis muros appropinquaret, Archimedes paratas habebat machinas πρὸς τὸ Φεύγειν ἐκ τῆς πρώρας τοὺς ἀγωνιζομένους. Alter locus est 1. 51. 2: τὸ τῶν Νομάδῶν ἔθνος συνεπιθέμε-

νον αὐτοῖς οὐκ ἐλάττω εἰργάζετο κακὰ τὴν χώραν, quod ne co-gitari quidem potest, nisi praesenti tempore legatur συνεπιτίθέμενον, in qua re proclivis error est.

Facilem habebo victoriam 1. 58. 5. cum praesertim BEKE-RUS iam eiusdem emendationis auctor fuerit. Ibi legimus de Romanis et Carthaginiensibus ὡς ἀν ἀπαθεῖς καὶ ἀγήτητοι τινες ἄνδρες, ιερὸν ἐποιήσαντο σέφανον, immo ἐποιησαν τὸν σέφανον, quac locutio explicanda est e veterum more in conviviis, de quo festive GELLIUS retulit. Si quis auctorem requirit dabo POLYBIUM ipsum qui 29. 1. f. 4: ποιήσαντες ιερὸν τὸν σέφανον τῆς Φιλαργυρίας.

Notissimum remedium salutem afferet 5. 96. 6 ubi εἴκοσι δὲ καὶ πέντε ναῦς ἔχοντες τῶν πολεμίων μutandum est in ἐλδυτες. Hinc aliquanto fidentius REISKIUM secuti spernemus quae contra disputat SCHWEIGHAEUSERUS et ex nota formula in foedere PHILIPPI cum Hannibale, quod vitiis cuiuscumque generis scatet 7. 9. 8 pro οὐδὲ λόχῳ χρησόμενος ἐπ' ἀλλήλοις reponemus δόλῳ. Eodem modo confunduntur in Codicibus καθελόντες et κατέχοντες, 2. 32. 6; εἰχε et εἶλε 3. 14. 5; in 8. 1. 1. in Codice rescripto Maius videre sibi visus est δόλῳ, HEVSIUS λόχῳ. In fragmento decimi quinti libri quod nuper ex Escorialense Codice erutum editum est in secundo volumine *frag-mentorum historicorum Graecorum*, quae Parisiis prodierunt, sic legitur: ἄμα δὲ καὶ τὴν τοῦ παιδὸς ἐπιτροπείαν καὶ τὴν τῶν δλων προσαστιαν εἰς ἑαυτὸν ἥξειν οὐκ ἀπύλπιζε. "Hξειν est in-licissima editoris conjectura pro eo quod Codex habet ἥξειν, unde nullo negotio corrigitur ἥλξειν.

Ex antiquissimo compendio repeto corruptelam, quam deprendere mihi visus sum 5. 76. 10 ubi docemur in foedere Achaei cum Selgensibus hoc scriptum suisse: 'ΕΦ' ὁ παραχρῆμα μὲν δοῦναι τετρακόσια τάλαντα, καὶ τοὺς τῶν Πεδνηλιστέων αἰχμαλώτους· μετὰ δὲ τινα χρόνον ἔτερα προσθεῖναι τριακόσια. Illud ἔτερα satis indicat scribendum esse ἔτερα προσθεῖναι τοσαῦτα, de qua locutione nuperrime singularis disputatio prodiit in diario Marburgense. Vitium eiusdemmodi haud ita pridem indicavi in Herodoto 1. 56: 'Ο δὲ δῆμος ὁ τῶν Αθηναίων ἔξαπατηθεὶς ἔδωκέ οἱ τῶν ἀσῶν καταλέξας ἄνδρας τοσούτους οἱ δορυφόροι μὲν οὐκ ἐγένοντο Πεισιράτου, κορυνηφόροι δέ,

abi ex Polyaeno correxi τριηκοσίους. Huius generis asseram tria alia exempla quorum postea cognovi duo priora iam a BEKKERO observata esse. Legitur 22. 25. 4: ἡξιου λθ' ἡμέρας, χάριν τοῦ διαπεμψάμενος ἐρέσθαι τὸν βασιλέα τὶ δεῖ πράττειν. Mirum est spatium undequadraginta dierum. Accedit LIVIUM 38. 57 tradere praefectum praesidii petuisse tempus triginta dierum, unde efficio scriptum suis olim sicuti nunc editur λθ', sed his literis indicari τριάκονθ'. Nempe θ hic non est nota numeri sed vocabuli littera finalis. Similiter 22. 26. 20 in foedere Romanorum cum Antiocho: Ἀποδέτω δὲ Εὐμένει τάλαντα τνθ', ἐν ἔτεσι τοῖς πρώτοις ε', ο' κατὰ τὸ ἔτος. Verum quinque pensiones talentum septuagenum non efficiunt summam talentum quinquaginta novem et trecentum, sed desunt novem talenta. LIVIUS ubi idem refert 38. 58: Eumeni regi talenta trecenta quinquaginta intra quinqueannum dato. Scribe igitur τν' non τνθ'. Tandem LIVIUS proderit POLYBIO 22. 4. 2: Μασσανάσσην, τὸν οὐ μόνον ὑπάρχαντα πολέμου ὑμῖν ἀλλὰ καὶ τὸ τελευταῖον καταφυγόντα πρὸς ὑμᾶς μετὰ τῶν ἵππεων. Nunc non quaero an plura forte exciderint, sed hoc affirmo, ferri non posse μετὰ τῶν ἵππεων. Iam LIVIUS 29. 29: quem quidam cum ducentis hand amplius equitibus tradunt venisse. Quam famam POLYBIUS sequutus sit, non constat, nam ea pars operis, in qua hoc narratum erat, periit. Sed tamen intelligere mihi videor eum laudato loco in regis Eumenis oratione usum esse his verbis μετὰ σ'ων ἵππεων, quod librarii, ita corruperunt ut legerent μετὰ τῶν ἵππεων, cum deberent μετὰ διηκοσίων ἵππεων. Nil iuvat conferre LIVIUM 37. 53, omissῳ numero vertens: cum turma equitum. Ceterum plures corruptiae ex hac scribendi ratione ortae sunt. Hinc 6. 28. 5 τετράγωνον factum est δίγωνον et 11. 27. 4 πέντε καὶ τριάκοντα (λε') immanni errore abiit in δέ.

In obsidione Abydi cum cives ultima decressent experiri, duo viri κατέβαλον τὸ σεμιὸν καὶ θαυμάσιον τῆς τῶν πολιτῶν προαιρέσεως, 16. 53. 4. Rectius est θαυμασόν. Idem vocabulum usque ad SCHWEIGHAUSERUM intactum permanserat 18. 23. 1: Καὶ τὰ μὲν παρὰ τοῖς ἄλλοις διαχωρεῖν, ἵσως οὐ θαυμασὸν· τὸ δὲ παρ' οἷς ἡ πιγὴ τῆς τοιαύτης ὑπάρχει κακοπραγμοσύνης, θαυμασόν. Hic vir doctus monet e SUIDA scribendum

esse ἵσως οὐ θαυμάσιον, etsi POLYBII Codices servant θαυμασόν, sed me quidem assentientem non habebit. Eodem modo illa duo vocabula confunduntur 3. 110. 9.

Initio libri duodecimeti Polybius inscruit excusum de phalange Macedonum, e quo pauca delibavit LIVIUS 53. 5. Primo loco agitur de vallo Romanorum. Hanc exspatiandi occasionem Polybius nactus erat postquam tradiderat T. Quinctium Flamininum praecepisse ut vallos singuli caederent, quos secum ferrent, quod Romanis leve erat et tritum, Graecis prorsus incredibile qui, ut est § 5, μόλις αὐτῶν κρατοῦσι τῶν σαρκῶν ἐν ταῖς πορείαις καὶ μόλις ὑπομένουσι τὸν ἀπὸ τούτων κόπον. Ioculare est videre SCHWEIGHAEUSERUM qui ad hunc locum adnotavit: »Acute Seyboldus σκευῶν armorum pondus.“ Ipse tamen praefert σακῶν. ΣΑΡΚΩΝ et ΣΑΡΙΣΩΝ in antiquis Codicibus vix quidquam differunt; Polybius scripsit μόλις αὐτῶν κρατοῦσι τῶν σαρισσῶν, quod in Codicibus plerumque scribitur σαρισῶν, cf. 5. 84. 2 et 6. 23. 5, unde natus error. Eodem modo 1. 66. 6 σιταρχία abierat in ἐπαρχίᾳ et 1. 49. 6 ὁ Ἰσάρας in Σκάρας. Hic notabo levem errorem in COBETI Variis Lectionibus pag. 124. Nam qui Κρυφῶν nominatur 29. 5. 8 et EROPON audit apud LIVIUM, is per palaeographicas rationes optime quidem nomen habuisse potuit Ἱεροφῶν, sed fragmenta Vaticana 29. 1. c. 1. monstrant verum esse Ἡροφῶν, unde non Hierophon, sed Herophon LIVIO reddendum est. Notandum est REISKIUM suo Marte, quippe istis fragmentis nondum prolatis, hoc iam invenisse. Obiter 26. 2. 5 sqq. cum REISKO corrigere Εὔππος pro Βίππος. Omissa scilicet prima vocabuli littera, quam rubricator adderet, librarius dedit ςίππος, quod facile in Βίππος potuit abire. Exempla nominum initiali litera truncatorum dabit SCHWEIGHAEUSERUS ad 1. 39. 1. Sic 11. 14. 1 pro θωρακίτας in Codicibus invenies ὡρακίτας, cet.

Similis origo est corruptae omnium librorum lectionis 52. 19. 4 ubi Senatus ἡγανάκτει ἐπὶ τῷ τῶν Δελματέων ἀπειθείᾳ καὶ σκαιότητι, immo εἰκαίστητι. Non minus viliosum est 50. 14. 8: Δοκῶ γὰρ μὴ γεγονέναι μηδὲ ἔσεσθαι θηριώδεσερον ἄνθρωπον μηδὲ σκαιότερον Χάροπος ubi itidem corridentum εἰκαίστερον, nam eius ductu in Epiro omnia siebant εἰκῇ καὶ Φύρδην ut est § 6 et confluxerant ad eum homines χείρι-

σοι καὶ εἰκαίστατοι, ut novimus e 32. 21. 8. Hinc sere suspicor REISKIUM rem acu tetigisse, cum 31. 13. 6: ὑποδεικνύων αὐτοῖς τὴν ἀκατασασίαν τῆς βασιλείας καὶ τὴν οἰκειότητα τῶν προεσώτων αὐτῆς, reponeret εἰκαίστητα. Nuperrime HERMANNUS in *Museo Rhenano* apud ALCIPHRONEM quoque pro πανοῦργος καὶ σκαιδές reposuit εἰκαῖος, cf. СОВЕТ. V. L. pag. 72. Sed dubito an hoc possit probari; nam qui callidus et astutus est, quomodo simul temere agere potest? Paullo maiore evidentia corrigemus 5. 75. 4. Homo, POLYBIUS inquit, est εὐπαραλογιστήτατον, δοκοῦν εἶναι πανουργότατον. Πόσαι μὲν γὰρ παρεμβολαὶ καὶ Φρούρια, πόσαι δὲ καὶ πυλίκαι πόλεις, τούτῳ τῷ τρόπῳ παρεσπόνδηνται; Καὶ τούτων οὕτω συνεχῶς καὶ προφανῶς πολλοῖς ἥδη συμβεβηκότων, οὐκ οἶδ' ὅπως καὶ νοί τινες ἀεὶ καὶ νέοι πρὸς τοιαύτας ἀπάτας πεφύκαμεν. Velim scire quid sit καὶ νός καὶ νέος. Donec hoc constabit, credam legendum esse σκαιοί τινες. Ne quis miretur vocabulum σκαιδές hoc modo corruptum, adducam 5. 48. 2 δειπνοποιησάμενος in Codicibus factum esse δεῖπνον ποιησάμενος et 11. 34. 5 ἐκβαρβαρωθήσεσθαι quod in Regiis Codicibus latet sub ἐκ βαρβάρων θήσεσθαι. In 31. 21. 11 ἵστορα φέρει corruptum erat olim εἰς ὁ φέρει. Ubiique corruptela repetenda est ex usu indicandae litterae ν, lineola supra scripta. Hic iuvat addere locum quemdam CICERONIS qui legitur in *Oratore* § 15. Socrates in Phaedro dicit »hoc Periclem praestitisse ceteris oratoribus, quod is Anaxagorae physici fuerit auditor, a quo censem eum, quum alia praeclara quaedam didicisset, uberem et facundum fuisse.“ Adsentior ΒΑΚΙΟ qui quum nuperrime de hoc loco ageret, indicavit delendum esse verbum *censem*. Cetera sic corrigenda videntur: a quo quum alia praeclara quaedam *didicisse*, *tum* uberem et facundum fuisse. Nemo non videt quam facile *didicissetūuberem* abire potuerit in *didicisset uberem*. Addam tres LIVII locos ubi quaedam exciderunt, cum olim omnia uno tenore continuarentur. Legitur 5. 61: Quin illi congrederentur acie inclinandaque semel fortunae rem darent; melius erit illico. Hannibal ut est apud eundem 21. 32. Alpes transgressurus luce prima subiit tumulos ut ex aperto atque interdiu *viam* per angustias facturus. Rescribo: *vi viam*. In 44. 27 Livius haec habet: Quac manus, quieto

sedente rege ad Enipeum, adversus Romanos *Perrhaebiae saltum* in Thessaliam traducta, cet.: ut locum intelligam requiro per *Perrhaebiae saltum*.

In 24. 5. 13. displicet Δοκεῖ δὲ τότε βραχύ τι συσταλῆναι, ubi requiro Ἐδόκει et pariter 25. 7. 2 pro Δοκεῖ γὰρ οὐ δαπάνη οὐ πολὺ λείπειν τῶν δέκα ταλάντων malo Ἐδόκει, sicuti 5. 4. 1. ἔδει pro δεῖ certatim a viris doctis correctum est.

Non concoquo 24. 9. 2: τοὺς ὡς πλεῖστον χρόνον ἐν τῷ ζῆν ἥλεων ἔχοντας τὴν τύχην, καν ποτε μετανοῆ, μετρίας περιπεσόντας συμφοραῖς, sed verum puto σχόντας.

Haud dubie laborat 25. 9. b. 4: τί διοίσει τὸ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνος τῶν Σικελιωτῶν καὶ Τυρρηνῶν τῶν ὁμολογουμένως καὶ πάλαι δουλευόντων. Hic GEELIUS postquam laudavit Maii adnotationem, quam vix serio doctam nominavit: Tyanenses plane ferri nequeunt. Melius cum Siculis sociabuntur Etrusci: quare scribendum puto Τυρρηνῶν: quamquam me amplexurum polliceor, si quis tam similis lectionis nomen populi extra Italiā indicaverit. Spero assensurum esse verum clarissimum si pro KAITTANΩΝ duplicato καὶ reposuero KAΙKAΠTANΩΝ, h. e. καὶ Καπυσινῶν. Quam acerbe Graeci tulerint Capuae excidium monstrabit LIVIUS, haud dubie POLYBIUM secutus, 51. 29 et 39. 57. Hic memoranda videtur Florentini Codicis scriptura 1. 7. 7 qui pro Δέκιος Καμπανὸς absurde habet Δέκιος καὶ Καμπανός. Eandein ob causam ante κατὰ saepe καὶ excidit, cf. SCHWEIGHAEUSERUS ad 1. 12. 5. In 1. 56. 1 ἀπὸ πάντων scriptum est ἀπάντων; in 11. 25. 5: καὶ ταραχὰς fit καὶ καταραχὰς et sic saepissime errant scribae.

Plus dubitationis habet 27. 6. 9 ubi in verbis: τὸ παραγεγονέναι Φέροντα τὴν ἐπισολὴν ἀλείπτην τινὰ καὶ τοιοῦτον ἄνθρωπον offendit τοιοῦτον. Velim viros doctos iudicare num forte e χειρουργῶν corruptum possit esse; litterarum ductus non nimis differunt, sic 10. 22. 5 in Codice rescripto pro χορηγίᾳ scriptum est τιμωρίας. De coniunctione ἰατρικῆς et γυμνασικῆς utilia collegit WYTTENBACHIUS ad Plut. Moral. pag. 155. B. p. 850. Ed. Oxon. Aliptae autem sunt quos Attica dialectus novit nomine παιδοτριβῶν eorumque professionem artis medicae indicat vel ἰατρολειπτῶν mentio. Coniunctum memorantur apud IUVENALEM 5. 76;

Grammaticus, rhetor, geometres, pictor, *aliptes*,
Augur, schoenobates, *medicus*, magus.

Quod ad vocabulum ipsum attinet POLYBIUS artem medicam in tres partes dividit, quarum tertia χειρουργικὴ καὶ Φαρμακευτική, 12. 25. d. 3.

Correctionem exspectat 29. 1. e. 5: καταπιεῖν δὲ τῶν λεγομένων οὐδὲν οἶσις ἦν ἐπὶ τοσοῦτον ὥσε καὶ προθέτωι τι τῶν αὐτοῦ, ubi necessarium est προέσθαι, vide 27. 12. 4 et 30. 7. 4. Eodem modo 10. 46. 1: χωρὶς ὥσιν abiit in χωρισθῶσιν, quod corredit REISKIUS. In 28. 6. 7 pro πρόεσθαι malim scribere praesens προΐεσθαι.

In 28. 15. 2: πολλὰ τῶν εἰς Φιλανθρωπίαν ἡκόντων, nulla demonstratione opus est scriendum esse ἀνηκόντων, de qua emendatione SCHWEIGHAEUSERUS iam cogitavit 5. 9. 3. Pariter 12. 5. 9: τὰ πρὸς ἐπαινον ἡκοντα περὶ τὸν ἄνδρα, si quis POLYBIUS dicendi morem diligenter observabit, videbit verum esse ἀνήκοντα.

Subdubito de 18. 29. 15: τὸ μηδὲν ἐκ τῆς τύχης ἀντιπαῖσαι πρὸς τὴν ἐπιβολὴν. REISKIUS pag. 635. coniecit ἀντιπέτσαι, quae forma pro ἀντιπεσεῖν interdum occurrit et sane hoc verbum de fortuna in usu est, cf. 2. 49. 8. Frequentius tamen observavi παλαιεῖν, συμπαλαιεῖν, παλαιστής, unde suspicio nata est scriendum esse ἀντιπαλαισται, cf. REISK. pag. 23.

Velim scire quomodo explicari soleat 33. 15. 4: ἐχρήσατο λόγοις βαρυτέροις η κατὰ Κρῆτα καὶ σπουδαιοτέροις: equidem praefero βαθυτέροις, qui usus vocabuli βαθὺς non obscurus est. Βαρὺς et Βαθὺς confunduntur quoque 3. 55. 5; quod si SCHWEIGHAEUSERUS reputasset, non dubitasset obsequi REISKIO 16. 17. 7 corrigenti: ποταμὸς παντελᾶς ἄβατος ὢν καὶ βαθύς, non βαρύς.

Legitur 5. 41. 8: οὕτω γάρ η τὸ παράπτων οὐδὲ τολμήσειν ἀλλοτριοπραγεῖν τοὺς περὶ τὸν Μόλωνα. Hic Codices recentissimi e conjectura repraesentare videntur quod verum est, nempe οὐδέν.

Attentus lector haeredit 9. 1. 2, ubi POLYBIUS dicit se prole tenere opus suum πρὸς ἐν γένος ἀκροατῶν οἰκειοῦσθαι καὶ κρίνεσθαι, διὰ τὸ μονοειδὲς τῆς συντάξεως. Nemo dicet quid sit

h. l. κρίνεσθαι. Sed conf. § 5: πρὸς ἐν μέν τι καὶ γένος ὡς προεῖπον ἡρμόσμεθα et elucebit vera lectio ἡρμόσθαι. Quomodo duo vocabula κρίνεσθαι et ἡρμόσθαι confundi potuerint, videant palaeographiae periti.

Noto errore 27. 6. 12: ἐκ τῶν δυνατῶν καὶ βασιλέων legitur pro δυνατῶν. Confusio litterarum τ et σ nota est. Hinc 5. 100. 1: εἰς τὸν in quibusdam Codicibus abiit in σῖτον; 5. 109. 1 ἔτους factum est ἐς τούς, cet. Corrige igitur si tanti in fabula Aesopica 62 HALM. pro ἐτιάστων τινὰ τῶν Φίλων αὐτῷ καὶ οἰκείων, quod rei ratio suadet τινάς. Obiter in sequenti fabula emenda quod leo scite dixerat: ὅφ' ὑμῶν εἰσιν οὕτω γινόμενα καὶ πραττόμενα; immo πλαττόμενα: quod si probabitur, difficile erit non corrigerε γλυφόμενα, cum praeassertim sequitur: εἰ γὰρ ἥδεσαν λέοντες γλυφεῖν λίθους, πολλοὺς ἀν εἰδες αὐτῶν ὑποκάτω λεόντων. Idem vitium obsidet HOMERI Scholium B. 194: διὰ τὴν πρὸς Ἀχιλλέα σάσιν τὸν ὄνειρον πράσσει, immo πλάσσει.

Ridiculum est et absurdum 52. 19. 6: τοὺς κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἀνθρώπους οὐκ ἐβούλοντο κατ' οὐδένα τρόπου ἀπόλλυσθαι: διὰ τὴν πολυχρόνιον εἰρήνην. Hoccine viros doctos concoquere potuisse! Emenda ἀποθηλύνεσθαι.

In 12. 23. 4: Τίμαιος δὲ μείζω ποιεῖ Τίμολέοντα τῶν ἐπιφανεσάτων θεῶν. Apparet POLYBIUM non dicere voluisse θεῶν, sed ἡρώων. Lenissimum erit supplere θεῶν παΐδων, nam sic heroes vocantur quoque 5. 47. 8.

Futurus editor Polybi velim obtemperet SUIDAE monenti legitimam formam apud Nostrum esse δυεῖν, non δυοῖν. Quae forma in editionibus nostris fere numquam, in libris haud ita raro servata est. Codex Florentinus saepe ita habet in masculino et neutro genere, quamquam SCHWEIGHAUSERUS contra fidem collationum quas ipse usurpavit, affirmat vix extra femininum genus inveniri. Interdum sincera forma enotatur ex Urbinate et Mediceo Codice. Vaticanus Codex unde Maiana fragmenta eruta sunt δυεῖν habet 29. 1. e. 2. et 37. 4. 7; sed pro omnibus est disertum lexicographi testimonium.

CAPUT QUINTUM.

Pergam emendare locos complures, quorum corruptelae paulo videntur recentiores quam eae quas supra tractavi. Primo loco commendabo Casauboni coniecturam, qua vix alia possit esse evidentior et quae in BEKKERI editione primum in textum recepta est. Legimus 1. 56. 4 Hainilcarem cepisse in Sicilia ὅρος περίτομον, ἐξανεσικὸς ἐκ τῆς περικειμένης χώρας εἰς ὑψος ἵκανον. Τούτου δὲ ἡ περίμετρος τῆς ἀνω σεφάνης οὐ πολὺ λείπει τῶν ἐκατὸν σαδίων· ὥφ' ἣς ὁ περιεχόμενος τόπος, εὑβατος ὑπάρχει καὶ γεωργήσιμος, θαυμασίμων δὲ θηρίων εἰς τέλος ἄμοιρος. Nemo facile dixerit quomodo planities illa possit esse εὑβατος; quin montem fere ἄβατον fuisse patet ex verbis ipsis quae laudavi et confirmatur iis quae proxime sequuntur. Εὑβατος legendum esse res ipsa clamat.

Improbavit populus Romanus pacem factam a Lutatio Consule sed misit decem legatos, qui παραγενόμενοι οὐδὲν ἔτι μετέθηκαν, βραχέα δὲ προστετένταν τοὺς Καρχηδονίους, 1. 63. 2. Quid? legati nihil mutarunt et tamen graves conditiones pacis fecerunt etiam graviores. Credat Apella. Evidem in posterum legam οὐδὲν ἔτι μεθῆκαν, h. e. nil remiserunt et assentior REISKIO corrigenti τοῖς Καρχηδονίοις.

In 2. 11. 4 offenditur. Cu. Fulvius Corcyram navigat ut proprius cognoscat ea quae Demetrius erat pollicitus. 'Ο γὰρ Δημήτριος ἐν διαβολαῖς ὧν καὶ Φοβούμενος τὴν Τεῦταν ἐπέμπετο πρὸς τοὺς Ρωματους. Quis admonitus non statim corriget ἐπέπεμπτο? Sic saepe tempus plusquamperfectum, cuius frequens usus est apud Polybium, oblitteratum est. Sic 2. 65. 6 male editur: 'Ο δὲ Κλεομένης προσδοκῶν τὴν ἔφοδον τὰς μὲν ἄλλας τὰς εἰς τὴν χώραν εἰσβολὰς ἡσφαλίσατο Φυλακαῖς πρηστάτο, quod rei ratio suadet. Illud ipsum recte legitur 5. 43. 6. Contrarium vitium deprehendi 15. 23. 9: πρῶτον μὲν προσηγάγετο τὴν Λυσιμαχέων πόλιν, δευτέραν δὲ τὴν Καλχηδονίων, τρίτην δὲ τὴν Κιανῶν ἐξηνδραπόδισο, ubi emendandum est ἐξηνδραπόδιστο. Creber librorum error inde natus est quod α littera indicabatur lineola ducta supra consonantem proxime antecedentem. Hinc obiter idem vitium exime e Lys. c. Agor.

55: ἐπειδὴ τοίνυν οἱ τριάκοντα κατεσάθησαν (lege κατέσησαν) εὐθέως κρίσιν τοῖς ἀνδράσι τούτοις ἐποίουν ἐν τῇ Βουλῇ, ὁ δὲ δῆμος ἐν τῷ δικαστηρίῳ ἐν δισχιλίοις ἐψυφίσατο, ubi verius est ἐψήψισο.

Dubito an 2. 17. 6 ferri possit πολύν τινα πεποίηται λόγου καὶ πολλὴν διατίθενται τερατεῖαν. Conicio: διατέθεινται, nam sic solet Noster, vide modo quam perpetuae sint tales loquendi formulae 7. 7. 1; ubi ea ipsa verba quae ex secundo libro laudavi eodem ordine emendate scribuntur.

Bis leviter corruptum est 2. 43 4: ὑπέλαβον . . . ρᾳδίως καταγωνίσασθαι τὸν Ἀχαιοὺς, ἐν καιρῷ συνεπιτιθέμενοι, καὶ πανταχόθεν περισήσαντες αὐτοῖς τὸν κίνδυνον. Requiero ρᾳδίως ἄν, sed de hac correctione infra erit dicendi locus et συνεπιθέμενοι, sicut BEKKERUS iam correxit.

Contra consuetudinem POLYBII in talibus 5. 48. 11 legitur τὴν τῆς χώρας ἀρετὴν, εἰς ἣν ἐπεβάλετο κατιέναι, quum significacione neutra quae dicitur loqui amat καθιέναι, vide modo huius capitinis quartam paragraphum et 5. 80. 4. Egit de hac re REISKIUS pag. 223. cf. pag. 527.

Novo argumento confirmare lubet emendationem REISKII, quam BEKKERUS quoque amplexus est. In 5. 30. 4: καιρῷ γὰρ πεισθέντες ἡμύνατο σὺν καιρῷ τὸν βλάψαντας. Quod ibi correctum est πεισθέντες ita demum evidens videbitur, si contuleris 4. 76. 6 et 6. 38. 1 ubi πεισθείσας et πεισθείσας, πεπεισμένους et πεπιεσμένους itidem confunduntur.

Vulgata bene habet 5. 77. 7: τὸν δοκοῦντας πόλεσιν ἢ λιμέσιν ἡλαττώσθαι τι διὰ τῆς Ρωμαίων ἀρχῆς, ubi SCHWEIGHAEUSERUS perperam coniecit λειμῶσιν, nam etsi hoc vocabulum primo adspectu habeat quod placeat, tamen vulgata non sollicitanda est. Primum tenendum est Lilybaei, Tarenti, Novae Carthaginis promiscue λιμένα et λιμένας memorari; tum usus vocabuli λιμένες aliis locis permultis abunde docet hic quoque recte locum tenere. Quaero enim cur hic improbandum foret, cum sine offensione legatur 5. 11. 3: τὸ μὲν γὰρ παραιρεῖσθαι τῶν πολεμίων καὶ καταφθείρειν Φρούρια, λιμένας, πόλεις, ἄνδρας, ναῦς, καρπούς. Praeterea multo magis intererat Hannibal is sibi conciliare Italiae populos, qui mare accolarent quam mediterraneos, quorum agris vel invitis possessoribus, usurus erat. Quanta

suis rebus accessio expugnatum Tarentum fuerit, quis nescit. Cogita porro Xenophontis dictum Hier. 4. 7: ὁ τύραννος ἐπιθυμεῖ ἡ πόλεων ἡ χώρας πολλῆς ἡ λιμένων ἡ ἀκροπόλεων. Eodem modo legitur: 5. 54. 7: δεσπόζοντες τῶν ἐπιφανεσάτων πόλεων καὶ τόπων καὶ λιμένων; 17. 2. 4: τῶν ἐμπορίων καὶ λιμένων; 20. 5. 3: ἔφασαν αὐτὸν δέξεσθαι καὶ ταῖς πόλεσι καὶ τοῖς λιμέσιν. Hinc subdubito de 7. 9. 2 ubi in foedere Philippi regis cum Hannibale in iurecirando in Codicibus legitur ἐναντίον ποταμῶν καὶ δαιμόνων καὶ ὑδάτων, unde Casaubonus effecit quod nunc vulgatur λειμώνων. Multo magis probo id quod Gronovius coniecit: λιμένων, nam mira est illa pratorum mentio inter amnes et aquas. Portus hic recte dicuntur, ut videtur: coniunguntur cum fluminibus: 6. 17. 2: ποταμῶν, λιμένων, κηπίων, μετάλλων et 56. 2. 3 in formula deditonis: ποταμοὺς, λιμένας, ιερὰ, τάφους. Nonnihil offensionis hoc vocabulum habet in eadem foederis formula 7. 9. 8: χωρὶς βασιλέων καὶ πόλεων καὶ λιμένων, πρὸς οὓς ὑμῶν εἰσὶν ὅρκοι καὶ Φιλίαι. In tali re non πόλεις καὶ λιμένες coniungi solent, sed πόλεις καὶ ἔθνη. In § 16 legitur χωρὶς βασιλέων καὶ πόλεων καὶ ἔθνῶν, πρὸς ᾧ unde corrigenda nona paragraphus, ubi illud ipsum legitur, nisi quod in fine addatur πρὸς οὓς, quod non magis ferri potest quam § 6: πάσας πόλεις καὶ ἔθνη πρὸς ἄς, quod emendavit Reiskius, restituens πρὸς ἄ, sicuti optime legitur in eadem formula 22. 26. 24. Praeterea πόλεις et ἔθνη coniunguntur quoque 17. 1. 4 et 18. 50. 5. Neque tamen habeo quod loco quem laudavi 7. 9. 8 pro λιμένων probabiliter restituam; Gronovius voluit δῆμων, sed hoc quidem incertum est. Neque tamen sine animadversione dimittendus est locus, quem modo excitavi, 5. 11. 3: καταφθείρειν Φρούρια, λιμένας, πόλεις, ἄνδρας, ναῦς, καρπούς. Hic quis serat vocabulum ἄνδρας? Qui meminerit δρ et ορ interdum confundi et δρᾶν et ὅρᾶν promiscue a librariis exarari, sponte incidet in id quod verum est ἀγοράς. Etenim λιμὴν et ἀγορὰ perpetuo coniunguntur. Dem. Ol. I. § 22 de Thessalis: οὐδὲ τοὺς λιμένας καὶ τὰς ἀγορὰς ἔτι δώσοιεν καρποῦσθαι, nisi forte locus minus aptus est ad probandum id quod dixi, nam non inepte suspicari quis posset καὶ τὰς ἀγορὰς interpolatori deberi. Galenus enim vol. 4. p. 296. 53, (locum debo Henrico Stephano) Θετταλοὺς τὴν

ἥφ' ἡμῶν προσαγορευομένην ἀγορὰν λιμένα δονομάζειν tradit, cuius rei causa et per se non obscura est et patet e Xenoph. Vectigal 4. 40: *in crescent, inquit, reditus διὰ τὸ ἐν λιμένι καὶ τὰς ἀγορὰς αὐξάνεσθαι.* Sed fieri sane potest ut Demosthenes ipse Thessalorum vocabulum interpretatus sit.

Non intelligo quod legitur de Hannibali 5. 79. 1; *'Αννίβας δ' ἐπιμελῶς ἔξτακτῶς τεναγώδεις καὶ σερεόντις ὑπάρχοντας τοὺς κατὰ τὴν δίοδον τόπους.* Hannibal tunc in Etruriam descensurus erat neque ipse dux tantum sed quivis militum iam sciebat iter fore per nulla loca *solida* sed ὑφεωρῶντο βάραθρα καὶ τοὺς λιμνώδεις τῶν τόπων. Via, per quam exercitum ducturus erat, paludibus erat obsita et angusta; hinc Carthaginienses ierunt longo agmine, ut Polybius et Livius suo quisque modo descripsérunt. Verius igitur erit τεναγώδεις καὶ σενούντις ὑπάρχοντας. Cf. 5. 45. 10.

De C. Tarentio Varrone legimus 5. 116. 13: *ἀνὴρ, αἰσχρὰν μὲν τὴν ψυχὴν, ἀλυσιτελῆ δὲ τὴν ἀρχὴν τὴν αὐτοῦ τῇ πατρίδι πεποιημένος.* Haud paullo melius intelligo *Φυγὴν*, h. e. vir cuius fuga turpis, imperium exitiale patriae fuerunt. Idem vocabulum corruptum est 26. 3. 11: *'Ρωμαῖοι.... ψυχῆς χρώμενοι λαμπρῷ καὶ προαιρέσει καλῇ ubi requiro τύχη.* Polybio τύχη λαμπρά tritum est, cf. 11. 19. 5.

Absurdum est 4. 56. 4: *ἥσαν γὰρ οἱ Σινωπεῖς ἐν ἀγῶνι, μὴ πολιορκεῖν σφᾶς ὁ Μιθριδάτης ἐγχειρήσῃ.* *Melus* non est ἀγῶν sed ἀγωνία; scribe igitur ἀγωνίᾳ. Paullo infra 4. 62. 4 Beckerus reclissime recepit lectionem Codicis Florentini, qui sicuti diximus e Vaticano Codice descriptus est: *πλήρεις ἐλπίδων κενῶν, non καινῶν.*

Improbo 4. 64. 6.: *παρήγγειλε τοῖς πελτασαῖς πρώτοις ἐμβαλεῖν εἰς τὸν ποταμὸν καὶ ποιεῖσθαι τὸν ἔκβασιν ἀθρόους.* Neces-sarium est ἐμβαίνειν, sicuti recte legitur 10. 14. 9. De hoc vocabulo egit Reiskius pag. 175. *Activum* est ἐμβάλλειν. Sic 2. 7. 10: *οὐδὲν ἐποιήσαντο προυργιαίτερον τοῦ παροπλίσαντας αὐτοὺς ἐμβαλεῖν εἰς πλοῖα.*

De Eleis legimus 4. 75. 7: "Ενιοι αὐτῶν οὕτω σέργουσι τὸν ἐπὶ τῶν ἀγρῶν βίον, ὥσε τινὰς ἐπὶ δύο καὶ τρεῖς γενεὰς, ἔχοντας ίκανὰς οὐσίας, μὴ παραβεβηκέναι τὸ παράπτων εἰς Ἡλείαν. Τοῦτο δὲ γίγνεται διὰ τὸ μεγάλην ποιεῖσθαι σπουδὴν καὶ πρόνοιαν τοὺς

πολιτευομένους τῶν ἐπὶ τὰς χώρας κατοικούντων, ἵνα τό τε δίκαιον αὐτοῖς ἐπὶ τόπου διεξάγηται καὶ τῶν πρὸς βιωτικὰς χρείας μηδὲν ἔλλειπῃ. Primum secundum Polybii morem scribe παραβεβληκέναι non παραβεβηκέναι, sed de hac confusione infra dicam. Tum attendendum est Ἡλεῖαν esse nomen regionis, non urbis, quare Casaubonus coniecit εἰς μηδεμίαν πόλιν Ἡλεῖας. Hoc vero nimium est, nam, si lis orta esset, etiamsi Eleis non opus esset ius petere a magistratibus in ipsa urbe, ruri tamen ius dici non poterat sed in ceteris oppidis et foris et conciliabulis conventus agebantur. Suspicio vocabulum Ἡλεῖαν labem contraxisse cum legeretur ΕΙΧΑΛΕΙΑΝ quod Polybius scripsérat ΕΙΣΕΚΚΛΗΣΙΑΝ, h. e. εἰς ἐκκλησίαν.

In 4. 77. 1: οὐ μόνον παρὰ τοῖς στρατευομένοις ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς λοιποῖς πᾶσι Πελοποννησίοις εὑδοκίμει, paullo melius videtur συστρατευομένοις.

Sine exemplo legitur 4. 78. 4: οὔτε γὰρ πόθεν, οὔτε τίς ἀνέθηκεν, εὐρίσκεται τραχνῶς. Expelle illud τραχνῶς et restitue vocabulum creberrimi usus προφανῶς. Hic adiungam locos nonnullos unde patebit in Codice archetypo literam caninam per compendium ita fuisse implicitam praecedenti litterae, ut facile erraret indocta librariorum natio. Verba sunt ipsius Scipionis Aemiliani ad Polybium, 52. 9. 9: Τί δ' ὁ Πολύβιος, δύο τρώγομεν ἀδελφοί, καὶ διαλέγει συνεχῶς καὶ πάσας τὰς ἐρωτήσεις καὶ τὰς ἀποφάσεις ποιεῖ πρὸς ἑκεῖνον, ἐμὲ δὲ παραπέμπει; Hic Reiskius admodum infeliciter coniicit: δύω μὲν σ' ἐρωτῶμεν ἀδελφοί, σὺ δὲ καὶ διαλέγει, sed SCHWEIGHAUSERUS multo inselicius ineptum usum vocabuli τρώγειν defendit. Verum est δύο ὑπάρχομεν ἀδελφοί: cum scriptum esset δύω ὑπάρχομεν post uia evanuit ut; quod erat αρχομεν videbatur esse τρχομεν, unde extuderunt vocabulum bene Graecum, sed quod hic nihil ad rem. Hinc repeto confusionem vocabulorum τρέπω et τρέψω, nam 35. 3. 9 ἀποστρεψαμένων δε τὸν ἐνεστῶτα φόβον corrigendum existimo ἀποτρεψαμένων. Pari fere ratione διτρύνειν et διξύνειν confunduntur, de qua re Cobetus dixit in Variis lectionibus. Addam unum exemplum, ubi medicorum principi ipsi medico opus est. Legitur apud Hippocratem 654 41: "Απασα πρόφασις ικανὴ τὰς ὑπέρας παροτρύνει, ἢν ἔχωσι τι φλαῦρον: ίντι παροξύναι. Non exputo quid sit 8. 19. 2: πρὸς τρόπον αὐτῷ

καὶ παραδόξου γενομένης τῆς ἐπαγγελίας: aliquanto verisimilius iudico προσφόρου. Proosit hoc 5. 94. 1: τοὺς δὲ μισθοφόρους συνέσῃσε Λύκφ τῷ Φαραϊτὶ διὰ τὸ τοῦτον ὑποστράτηγον εἶναι τότε τῆς συντελείας τῆς πατρικῆς. Ultimum vocabulum vix potest esse sanum; Polybius dedit Φαραϊκῆς, quod quum in antiquo Codice exaratum esset Φρικῆς abiit in Φρικῆς; Φρ uno ductu scriptum videbatur esse πρ et πρικῆς notum erat compendium vocabuli πατρικῆς. Verum palaeographiam peritioribus relinquere malo. Iam appareat quid statuendum sit de 9. 17. 8 ubi de proditoribus nescio quibus legimus: προβληθέντες ἀπέθανον. SCHWEIGHAEUSERO προβληθέντες est in iudicium adducti et provocat ad Reiskii Indicem ad Demosthenem, sed nihil huc facit Atheniensium προβολή. Miseri viri imperfecti sunt σρεβλωθέντες. Errorem contrarium observabis 7. 13. 5: δῆλον δὲ καὶ τοῦτο ποιήσειν ἐπηγγειλάμεθα διὰ τῶν ἔξης ῥηθησομένων, εἰς τοῦτον ὑπερθέμενοι τὸν καιρὸν τὴν πίσιν τῆς σερηθείσης ἀποφάσεως. SCHWEIGHAEUSERUS contendit ἀπόφασιν σερηθεῖσαν esse enunciatum demonstratione nudatum, quod ipsum σερηθέν est. Gronovius et Reiskius coniecerunt τῆς τότε ῥηθείσης, optime ad sensum, sed abest πειθανάγκη. Verum est προρρηθεῖσης. Sicuti praecedenti loco σρεβλωθέντες factum est προβληθέντες, sic contrario errore hic προρρηθείσης factum est σερηθείσης. Satis certum est ferri non posse 17. 14. 1 de Demosthene: πικρότατον δνείδος τοῖς ἐπιφανεσάτοις τῶν Ἑλλήνων εἰκῇ καὶ ἀκριτῶς προσέρριψε: Graeci et Romani in huiusmodi sensu pariter dicunt afficare, h. e. προσέτριψε. Itidem corrige 50. 8. 3: τὸ δοκοῦν εἶναι περὶ αὐτοὺς τολμηρὸν καὶ παράβολον ἀνέσρεψαν, ὡς εἰ κτέ.: lege ἀνέτρεψαν. His adiunge 11. 18. 2 ubi de Philopoemene in pugna qua Machanidas cecidit, αὐτὸς παρεισπίπτων ἐκ τοῦ πέραν τῆς τάφρου τὴν ἀντιπαραγωγὴν ** ἀποθεν τῷ τυράννῳ καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ. Coniicio: παριππεύων et post ἀντιπαραγωγὴν suppleverim ἐποιεῖτο.

Complura vitia notanda sunt in quinto libro. Veluti quod legitur 5. 2. 10: ὡς τὸ τελευταῖον ἀναγκασθῆναι τὸν βασιλέα δι' ἀπορίαν ἐνέχυρα τιθέντα τῶν πρὸς αὐτὴν τὴν χρεῖαν ἀργυρωμάτων, ἀπὸ τούτων ποιεῖσθαι τὴν διαγωγὴν, scribendum est ἐνέχυρά τινα θέντα, nam quid sibi vult praesens τιθέντα? In praecedenti paragrapho recipienda est SCHWEIGHAEUSERI suspicio,

ubi ἀπῆρεν εἰς τὴν Χαλκίδα, σκῆψις τινὰς ἀλόγους πρὸς τὸν βασιλέα πορισάμενος μυτandum est in εὐλόγους. Non obstant 3. 15. 9 et 10. 26. 4, sed conferri debent 2. 52. 5; 4. 4. 9 et 13. 8. 7; εὕλογος est speciosus atque hoc unice convenit. Itaque memor quam saepe α et ευ confusa sint male edi suspicor 5. 67. 4: δὲ μὲν βασιλεὺς τὸ μὲν ἄρτι γεγονὸς ἀτύχημα καὶ προφανὲς ἀδίκημα περὶ τῆς ἐνεσάσης καταλήψεως τῶν περὶ Κοίλην Συρίαν τόπων οὐ δεινὸν ἐνόμιζε κατὰ τὰς δικαιολογίας. Scio quidem multa docte affери a Reiskio pag. 410 ad stabiliendum usum huius vocabuli ἀτύχημα. Concedo esse ubi rectissime vertas *flagitium*, *scelus*, et tamen hic malo εὐτύχημα, *victoria*. Loci quos Reiskius affert ita sunt comparati ut nihil valeant ad Polybium.

In 15. 3. 6 miror τοὺς μὲν λοιποὺς τῶν Αἰτωλῶν ἀνοδίᾳ καὶ προτροπάδην συνέβη Φυγεῖν. Scribe ΑΝΟΔΙΑΚΑΙ et in unciali scriptura emicabit lectio ἀνοδίαις, vide 5. 23. 5; 8. 16. 6; 40. 2. 5 cet. nam sic saepissime legitur. Corrigendum quoque est 5. 19. 7.

Si primum correxero 5. 22. 7 inde satis evidens medicina parabitur duobus aliis locis, qui interpretes diu multumque torserunt. Legitur 5. 22. 7: ἀπελείπετο πᾶρ' αὐτὴν τὴν παρώρειαν ὑπὸ τοὺς λόφους τὴν δύναμιν ἀγοντας, δυσπαραβοηθήτους καὶ μακροὺς αὐτοὺς ἐν πορείᾳ παραδίδονται τοῖς πολεμίοις. Apparet μακροὺς dici milites qui progrediuntur agmine longo et impedito. Hinc suspicari quis possit 5. 51. 2: δυσχερῶς ἐκμηρυσμένους καὶ μακρῶς ταῖς δυσχωρίαις recte dictum esse et tamen secus est. Legendum est βραδέως, ut monstrabit simillimus locus 10. 51. 1: Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀντίοχον ἀσφαλῶς (l. ἀσφαλῶς μὲν, ut supra dixi) διέβησαν τὰς δυσχωρίας, βραδέως δὲ καὶ δυσχερῶς. Iam confer 4. 12. 11: συνθεσάμενος καὶ τούτους μακροὺς ὅντας ἐν πορείᾳ καὶ διαλελυμένους et videbis loco quem laudavi e quinto libro legendum esse: δυσπαραβοηθήτους καὶ μακροὺς ἔαυτοὺς ὅντας ἐν πορείᾳ π. τ. π. Nunc inspiciamus difficillimos locos 11. 16. 6 et 11. 16. 8. Prioris loci nullam scio certam correctionem. De Machanida ibi legitur: εἰ δὲ συλλογισάμενος τὴν δυσχρησίαν τῆς τάφρου, κάπειτα μεταμεληθεὶς, καὶ δόξας ἀποδειλιᾶν, ἐκ παρατεταγμένων ἀπολύσει, καὶ μακρὰν αὐτὸν ἐμπειρίας διαβαλεῖ διότι χωρὶς δλοσχεροῦς

ἀγῶνος αὐτῷ (*Philopoemeni*) μὲν τὸ νικᾶν, ἐκείνῳ δὲ τάναυτία περιέσαι. Illud ἐμπειρίας διαβαλεῖ, quod quid sit nemo dicat, debetur ingenio *CASAUBONI*. Libri praebent ἐμπορεία διαβάλλει, unde *SCHWEIGHAEUSERUS* nescio quomodo extudit ἐν πορείᾳ δοὺς, μεταβάλλει, sed praestat fateri locum laborare morbo, qui sanari nequeat. Paullo certiora proferri possunt de § 8: οἵτινες . . . τινὲς μὲν διὰ τόπους, οἱ δὲ διὰ πλῆθος, οἱ δὲ δι’ ἄλλας αἰτίας, μακρὰν ἔκαυτοὺς δόντες ἐμπειρίας, κατὰ τὴν ἀπόλυσιν δι’ αὐτῶν τῶν οὐραγούντων ἥλπισαν οἱ μὲν προτερήσειν, οἱ δὲ ἀσφαλῶς ἀπολυθήσεσθαι τῶν πολεμίων. Sic editur post *CASAUBONUM*, qui secutus est *Codices Regios et Medicum*, qui, ut obiter hoc moneam, multo est deterior *Codice Florentino*, qui fluxit e *Codice Vaticano*; hi autem habent δ’ αὐτοὺς δόντες ἐμπορεία. Sed memorabilis scriptura notatur ex antiquissimo Codice Urbinate, quocum conspirant alii, inter quos Augustanus est. Hi habent: δ’ αὐτοὺς δόντας ἐμπορεία, non δόντες. Hos secutus locum sic refingo: μακρὸς αὐτοὺς ἰδόντες ὅντας ἐν πορείᾳ, quod et facile est intellectu et bene Graecum et a *Codicum vestigiis* non nimis recedit. Sequitur quod ad sextam paragraphum attinet hoc saltem constare ἐν πορείᾳ legendum esse. Multiplex corruptela arguit librarios hanc locutionem ignorasse.

PLUTARCHUS et *POLYBIUS* alicubi diversa tradunt, sed ita ut, una litterula demta, conciliari possint. Legitur 5. 37. 5: Ό δὲ Κλεομένης ἀπαντήσας, τὸν μὲν Ἀρχιδάμου ἐπανείλετο, τοῦ δὲ Νικαγόρου καὶ τῶν ἄλλων τῶν συνόντων ἐφείσατο. Iam confer *PLUTARCHUM* in vita *Cleomenis* capite quinto: Οἱ δὲ ἀνηρηκότες πρότερον τὸν Ἀγιν, αἰσθόμενοι τοῦτο, καὶ φοβηθέντες μὴ δίκην δῶσι, τοῦ Ἀρχιδάμου κατελθόντος, ἐδέξαντο μὲν αὐτὸν εἰς τὴν πόλιν παραγενόμενον κρύφα καὶ συγκατῆγον, εὐδός δ’ ἀπέκτειναν, εἴτ’ ἀκοντος τοῦ Κλεομένους, ὡς οἴεται Φύλαρχος, εἴτε πεισθέντος ὑπὸ τῶν φίλων. Vides *POLYBIUM*, ut saepe, reiicere narrationem *PHYLARCHI*, quem novimus in opere suo *Cleomeni* insigniter favissem, sed hoc tamen constare Archidamum quum clam intrasset urbem, postea suisse intersectum. Non potuit igitur Cleomenes caedem perpetrare ἀπαντήσας, sed legendum est ἀπατήσας. Vocabula ἀπαντᾶν et ἀπατᾶν tam saepe confunduntur ut *SCHWEIGHAEUSERUS* ad 22. 9. 6 annotare potuerit Ba-

varicum Codicem loco ἀπαντᾶν pro more exhibere ἀπατᾶν. Notum est apud Romanos haud secus quam apud Graecos nasci litteram saepe indicari lineola ducta supra praecedentem vocalem. Magnopere hic mos obsuit elegantiae loci cuiusdam ex OVIDII *Tristibus* III. 28:

Undaque non udo sub pede summa fuit.

Qui OVIDIUM novit, mecum probabit *Udaque*.

PLUTARCHUM non deponam de manibus, nisi collato alio loco ex eadem Cleomenis vita capite 55. POLYBIUS Cleomenis verba refert haec δ. 37. 10: Ἐβουλόμην ἄν σε καὶ λίαν ἀντὶ τῶν ἵππων κιναίδους ἄγειν καὶ σαμβύκας (hanc formam unice probat L. DINDORFIUS in nova editione thesauri HENRICI STEPHANI, POLYBII editores praeserunt σάμβυκας). τούτων γὰρ ὁ νῦν βασιλεὺς κατεπείγεται. Apud PLUTARCHUM laudato loco haec verba traduntur: Ἐβουλόμην ἄν, σε μᾶλλον ἄγοντα σαμβυκιστρίας καὶ κιναίδους· ταῦτα γὰρ νῦν μάλιστα κατεπείγει τὸν βασιλέα. Hinc suspicio mihi nata est apud POLYBIVM quoque legendum esse σαμβυκιστρίας, nam, etiamsi verissimum sit quod SCHWEIGHAEUSERUS contendit, σαμβύκας dici posse pro σαμβυκιστρίας, sicuti recentiorum linguis saepissime instrumentum musicum dicatur pro homine qui eo canere didicerit, hoc tamen nil ad nostrum locum, nam si quae sambucistriae (Latino vocabulo LIVIUS utitur 59. 6) in Aegyptum venirent, quaestum quidem facturae erant sed non adeo artis suae speciminibus edendis. Nec PLUTARCHUS ut hoc utar in vita Antonii 9 dicere potuisse: οἰκλαι χαματύπαις καὶ σαμβύκας ἐπισαθμευδεναι, pro eo quod editur σαμβυκιστρίας. Scio quidem contra laudari PLAUTUM qui in Stich. vs. 380 FLECK. habet:

Poste, ut occipi narrare, fidicinas, tibicinas,

Sambucas advexit secum forma eximia. Ge. Eugepae.

Sed illae sambucae eximia forma nequaquam ferendae sunt, nisi Romani sibi sumserint in Graeco vocabulo, quod Graeci ipsi quot quidem sermonem suum intelligerent, nequaquam tulissent. Itaque suspicor legendum esse:

Sambucistrias advexit forma eximia. Ge. Eugepae.

Verum hoc obiter. MARCELLI iocum 8. 8. 6 quem exscripsit ATHENARUS 14. p. 634 et quem paullo aliter PLUTARCHUS tradit.

in vita Marcelli c. 17 non intelligo nec habeo quod dicam de sambucis quae ibi memorantur.

In 5. 44. 8: τοῖς δὲ πρὸς τὰς δύσεις μέρεσι κειμένοις paullo magis ex consuetudine Polybii foret: κεκλιμένοις.

Septimi libri 7. 7 grave vitium inest. "Οσῳ γάρ ἂν τις εὐλογώτερον καὶ περὶ ταῦτα (REISKIUS καὶ περιττότερον) τὸν ἀναπληροῦντα τὰς βίβλους καὶ τὸν ἐπιμετροῦντα λόγου τῆς διηγήσεως εἰς ἱέρων καὶ Γέλωνα διάγοιτο. Immo legendum est διάθοιτο, cf. modo 15. 54. 1: τὸν ἐπιμετροῦντα λόγου διατιθέμενοι et sic saepissime loquitur Noster. Mox sequitur 7. 9 foedus in quo iam plura correximus. Sub finem ibi legitur: Ἐὰν δὲ δοκῇ ἀφελεῖν η̄ προσθεῖναι: ex constanti norma emendandum est: Ἐὰν δέ τι δοκῇ.

Corrigendum 9. 11. 12 ubi POLYBIUS memorat τὴν ἔμφυτον Φοίνιξι πλεονεξίαν καὶ Φιλαρχίαν, cuius exemplum citatur Hasdrubal Gisconis filius, qui ab Indibile Hispanorum regulo pecunias flagitasset. Verum hoc non est signum Φιλαρχίας sed Φιλαργυρίας. Rectissime 8. 1. 5: Archidamus, ὑπιδόμενος τὴν Κλεομένους φιλαρχίαν ἔψυγεν ἐκ τῆς Σπάρτης: Lacedaemoniis φιλαρχία omnium malorum causa fuit, 6. 49. 3, nam illo loco non agitur de φιλοχρηματίῃ ut est in noto versiculo; neque Φιλαρχία obsuit Lacedaemoniis tantum, sed propemodum omnibus, 6. 57. 6, sicuti 37. 1. b. 1. Atheniensium Φιλαρχία perstringitur. Summo iure in Massinissam Φιλαρχίας crimen coniicitur, 15. 5. 6. Verum Carthaginiensium notari solet Φιλαργυρία. Hannibalem et Magonem φιλαργύρους fuisse docemur 9. 25. 1 et 4; Πλεονεξία καὶ Φιλαργυρία sunt crimina principum in civitate virorum, 6. 8. 5; Φιλαρχία est vitium ipsarum civitatum et regum aut si quis in libera civitate regnum affectet, unde Hasdrubalis πλεονεξία καὶ Φιλαρχία recte dicitur 3. 8. 1; sed Scopas et Alexander Aetolus fuerunt et dicuntur φιλάργυροι, 18. 38. 1 et 22. 9. 16.

Correcto levi vitio 9. 50. 6 ubi pro δεῖ necesse est δεῖ, proptero ad decimum librum, in quo 7. 6: τὸ μὲν πρὸς πάντας ἄμα κινδυνεύειν τελέως nihil in fine excidere potuit praeterquam ἐπισφαλές, quod REISKIUS iam vidit pag. 512. Idem vocabulum restitutum velim 26. 3. 9: διὰ τὸ τετηρηκέναι τὴν πίσιν ἐν ἐπιφανεσάτοις καιροῖς, ubi coniicio ἐπισφαλε-

σάτοις. Significatione non diversa est σφαλερὸν quod reddam DEMETRIO PHALEREO, quem laudat POLYBIUS 29. 6. c. 2: γνοίγητ' ἀν ως τὸ τῆς τύχης χαλεπὸν ἐνταῦθα, ubi de rerum humana- rum inconstantia apposite dictum erit σφαλερόν. Verum ad hunc locum infra redibo.

Mendum in aprico est 10. 24. 8; ἐκεῖνος δὲ τόπος ὑπάρχων ἐγκαμιασικός. Coniicio τρόπος, ut 1. 2. 8; 9. 1. 4; 29. 6. a. 4; 59. 1. a. 4, alibi. Vocabula confunduntur quoque 5. 60. 7 et 7. 15. 5. Querela est Rhodiorum 31. 7. 12: τοῦ γὰρ ἐλλιμε- νίου κατὰ τοὺς ἀνώτερους χρόνους εὐρίσκοντος ἐκατὸν μυριάδας δραχμῶν, νῦν εὖροι κατὰ πεντεκαλέδεκα μυριάδας. ὡςε καὶ λίαν ὡς ἄνδρες Ρωμαῖοι τὴν ὑμετέραν δρυγὴν ἥφαιται τῶν κυρίων τόπων τῆς πόλεως. Quicunque ad haec accurate attendet animum, emendabit πόρων.

Memini me supra laudare locum ubi στ abiisset in π, cum pro σφεβλωθέντες inveniremus in Codice προβληθέντες; idem vitium occurrere videtur 11. 1. 3, nam quod ibi legitur ποιή- σας ἐν βραχεῖ χώρῳ τὴν δλην δύναμιν, suspicor esse corruptum pro σήσας. Eodem modo 2. 34. 5: Κλασίδιον in Codicibus sit Καπίδιον.

Dubito de 11. 25. 4: πρὸς μὲν γὰρ τὰς ἔξωθεν ἐπιβούλας καὶ πολέμους πρόχειρος δὲ τόπος τῆς παρασκευῆς καὶ βοηθείας τοῖς ἐφισάνουσιν, ubi praefero ἐπιβολάς; sicuti contrario vitio male editur 2. 36. 6: οἱ μὲν γὰρ ἐπεβούλευον . . . οἱ δὲ Ρω- μαῖοι . . . θεωροῦντες αὐτῶν τὰς ἐπιβολάς, ubi verbum quod praecedit satis indicat quid legendum sit.

Corruptum est quod Scipio dixisse fertur in oratione ad milites 11. 29. 10: Καθάπερ γὰρ τῆς θαλάττης ή μὲν ίδια Φύσις ἐσὶν ἀβλαβῆς τοῖς χρωμένοις καὶ σάσιμος, ὅταν δέ εἰς αὐτὴν ἐμ- πέσῃ τὰ πνεύματα βίᾳ, τοιαύτη Φάινεται τοῖς χρωμένοις, οἷς τινες ἀν ωσιν οἱ κυκλοῦντες αὐτὴν ἀνεμοὶ κτέ. Hic quod REISKIUS invenerat κυκῶντες pag. 557 mox nescio quare abiecit. Verissimum illud esse ostendit 22. 14. 11: ἐπειδὴν ἀνεμοὶ παρὰ Φύσιν ἀναγκάσωσι κινεῖσθαι κτέ. Utrumque locum LIVIUS vertit, hunc 58. 10, illum 28. 27 in hunc modum: »multi- tudo omnis, sicut natura maris per se immobilis est, venti et aurae cident; ita aut tranquillum aut procellae in vobis sunt.»

Aliam iuvat commendare coniecturam REISKII 15. 6. 8: τῷ

πεῖραν εἰληφέναι δί' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ὡς μετάθετός ἐσιν ἡ τύχη, ubi vir in paucis ingeniosus suspicatur εὑμετάθετος. Quis punctum temporis dubitasset amplecti certissimam emendationem si laudare potuisset quod postea demum dede-
runt fragmenta Vaticana 29. 6. c. 1, ubi legimus Demetrium Phalereum voluisse ὑποδεικνύαι τοῖς ἀνθρώποις τὸ τῆς τύχης εὑμετάβολον;

Παρὰ τὴν ἴσοριαν dictum est 15. 9. 4 de Hannibale et Scipione: Οὔτε γὰρ δυνάμεις πολεμικωτέρας, οὔτ' ἡγεμόνας ἐπι-
τυχεσέρους τούτων, καὶ μᾶλλον ἀθλητὰς γεγονότας τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων, εὗροι τις ἂν ἐτέρους. Fuerint omnibus ἐπικυ-
δέσεροι; non repugno, sed Hannibal ex Italia profugus non
fuit ceteris ἐπιτυχέσερος. Idem vocabulum periit 5. 96. 7: τὰ
μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἰβηρίαν ἀπὸ τούτων κυδεσέρας εἰλήφει τοῖς
Ρωμαίοις τὰς ἐλπίδας, ubi ex usu POLYBII necessarium est
ἐπικυδεσέρας, quod putidum foret multis exemplis demon-
strare velle.

Quod legitur 15. 32. 6 τοῦ πλῆθους ἐπ' οὐδὲν δυναμένου πέ-
ρας ἀπερείσασθαι τὴν δρμῆν explicationem admittit et tamen
malo δργῆν, collato simillimo loco 25. 15. 2. Vocabula con-
fusa sunt in Codicibus 15. 17. 2.

Sequitur 15. 33. 9 ubi ferri nequit: ἀεὶ δὲ τοῦ πεσόντος τὰ
μέλη διέσπων, ἵνα ὅτου κατελώβησαν πάντας αὐτούς, quod
tum demum bene dictum foret, si scriberetur κατελωβή-
σαντο, sed malo κατεκολόβωσαν. Simplex verbum legitur
1. 80. 13; compositum etsi sere extra usum est, nihil offen-
sionis tamen habere videtur. Λωβᾶσθαι legitur 4. 18. 9 et
διαλωβᾶσθαι 11. 4. 1, sed ipsi hi loci monstrabunt illud ver-
bum a laudato loco sere esse alienum.

Facillima est emendatio 15. 35. 2: ubi de Agathocle: κερα-
μεὺς ὑπάρχων καὶ καταλιπὼν τὸν τροχὸν, πηλὸν καὶ τὸν κα-
πνόν. Legendum est τὸν πηλόν. Ad auctoritatem CASAUBONI
accedit POLYBIR testimonium qui 12. 15. 6 idem narravit, quo
loco librarii nihil peccarunt.

E Codice Escorialense quodam ante hos octo annos erutum
est fragmentum POLYBII quod pertinet ad librum quintum de-
cimum de quo in superioribus sermo fuit. Fluxit e Codice
qui continebat Constantini titulum de *Insidiis* et complectitur

descriptionem turbarum quas in Aegypto excitavit caedes Ptolemaei Philopatoris. Primum prodiit in secundo volumine fragmentorum Historicorum Graecorum, quae Parisiis edidit CAROLUS MUELLERUS. De Tlepolemo ibi legitur: *συνῆγε πότους ἐπιμελῶς, καὶ παρὰ τὰς συνουσίας τὰ μὲν ὑπὸ τῶν πρὸς χάριν λεγόντων ἐκκηλούμελος, τὰ δὲ ὑπὸ τῆς ἴδιας ὀρμῆς, ἀτε νέος ἄν κτέ.* Illud ἐκκηλούμενος debetur editori; Codex exhibet ἐκκηλούμενος. Sed verbum ἐκκηλεῖν nullibi exstat, nisi quod apud HESYCHIUM CASAUBONUS ἐξεκήλησεν reponi voluerit pro ἐξεκελέμησεν, quamobrem MUELLERUS addit forte ἐκκινούμενος verum esse. Mihi secus videtur; vide quam saepe confusa fuerint vocabula αἰκάλλειν et ἐκκαλεῖν. Sic apud SOPHOCLEM in *Oedipode Rege* vs. 597.

νῦν οἱ σέθεν χρήζοντες ἐκκαλοῦσι με,
nescio uter Dindorfiorum felicissime rescripsit αἰκάλλουσι. POLYBIO verbum in delicis est. Sic 5. 56. 1: *ἡναγκάζοντο πάντες αἰκάλλειν τοὺς περὶ τὴν αὐλὴν debemus Codici Vaticanano eiusque apographis; ceteri habent, quod nemo mirabitur, ἐκκαλεῖν.* Quae sit prima vocabuli significatio ostendit AELIANUS in *Historia Animalium*, ostendit Aristophaneus versiculos:

γῆκαλλ', ἐθώπευ', ἐκολάκευ', ἐξηπάτα,
et luculentius etiam POLYBIUS ipse 16. 24. 5: *ἐνίους παρὰ φύσιν αἰκάλλων διὰ τὸ λιμώττειν τὸ σράτευμα.* Mox sequitur ὅπότε μέν τι δοῖεν ἔσπαινεν, ὅτε δὲ μὴ δοῖεν, ὑλάκτει. Itaque pro ἐκκηλούμενος quod Escorialensis Codex habet, coniicio legendum esse αἰκαλλόμενος.

Absurdum est quod vulgatur 18. 20. 5: Διὸ καὶ θαυμάζειν ἔφη πᾶς μετέχοντες τότε τοῦ περὶ τῆς διαλύσεως συλλόγου, νῦν ἀκαταλλάκτως ἔχουσιν, ubi reponendum est μετασχόντες. Luculentissime hoc docere poterit 9. 52. 11: πρέπον ὑμῖν ἐσὶ καὶ συμφέρον, ἀκούσαντας τῆς ἐπιφερομένης τοῖς "Ελλησι περισάσεως καλόν τι βουλεύσασθαι καὶ πρέπον ἔσυτοῖς, μετασχόντας ἥμιν τῶν ἐλπίδων, ubi legendum est τῶν αὐτῶν ἐλπίδων, sicuti tertia paragrapgo legitur μετέχοντες δὲ σχεδὸν ἀεί ποτε Μακεδόσι τῶν αὐτῶν ἐλπίδων, ubi pari modo in simili re POLYBIUS dedit μετασχόντες. Si quis dubitat an recte αὐτῶν inseruerim, conferat 9. 59. 6 et 10. 57. 6.

Eumenes de patre 22. 5. 5: *σχεδὸν πάντων τῶν κατὰ τὴν*

Ἄσταν καὶ τὴν Ἑλλάδα μενδυτῶν, εὐγενέστατα διεφύλαξε τὴν Φιλίαν ἔως τῆς τελευταίας ἡμέρας. REISKIUS mendum subesse sensit et coniecit πολεμοῦντων, δυσμενοῦντων, ἀντιβαινόντων, μελλόντων, quarum conjecturarum nulla placuit SCHWEIGHAEUSERO, qui iudicabat vulgatum ferri posse. Videant palaeographicae artis periti an probari possit quod optime hic convenit βασιλεύοντων.

Legimus 22. 20. 3 Eposognatum regulum Gallorum legatos misisse Cn. Manlio Consuli Romano, qui eum hortarentur ne aggredieretur Tolistobogios, διότι πρεσβεύει πρὸς τοὺς βασιλεῖς αὐτῶν Ἐποσόγγυατος, καὶ ποιήσεται λόγους ὑπὲρ τῆς Φιλίας καὶ πείσεσθαι πρὸς πᾶν αὐτοὺς παρασήσεται τὸ καλῶς ἔχον. In URSINI Codice legebatur πεσεῖσθαι, unde URSINUS effecit πείσεσθαι. Melius REISKIUS quem postea in adnotationibus secutus est SCHWEIGHAEUSERUS, legit πέπεισαι . . . παρασήσεσθαι. Sed vitium etiam levius est: lege πεπεῖσθαι . . . παρασήσεσθαι, quibus non opus est interprete. Eandem constructionem videbis 4. 17. 8 et 51. 19. 7.

In 22. 24. 1 memorantur legationes συμφοροῦσαι σεφάνους τῷ Γναῖῳ: verius putem συμφέρουσαι. Contra 6. 23. 1 legimus hastatos φέρειν πανοπλίαν et μάχαιραν, § 6. Malim cum 6. 22. 1 restituere φορεῖν et φορεῖ.

POLYBIUS adscripturus formulam foederis quod ictum est inter Romanos et Antiochum, licebit, inquit 22. 25. 10, ἐξ αὐτῶν τῶν ἐγγράπτων ποιεῖσθαι τὰς διαλύσεις. Si quis hoc sibi intelligere videtur, ei molestus non ero; equidem tamen praeferam διαλήψεις, quae est Nostri consuetudo in talibus. Confer, si tanti est, 3. 4. 1; 3. 64. 5; 3. 70. 5; 5. 35. 7, cet.

Libro vigesimo tertio offendit duo nomina corrupta. Alterum est 23. 1. 6 ubi pro Ῥωσιτέλης cum REISKIO legere malo Σωσιτέλης; alterum 23. 13. 1: κοσμοῦντος ἐν Γορτύνῃ Κύδα τοῦ Ἀντιτάλκους, ubi coniicio Ἀντάλκους, unde Antalcidas est patronymicum.

De Lucio Aemilio est 29. 6. 12: καίτοι γε πολλοὺς οὐ μόνον τεθεαμένος ἀλλὰ καὶ χειρισάμενος ἀγῶνας, εἰ καὶ τις ἄλλος. Levissima mutatione pro aoristo perfectum reponendum est: κεχειρισμένος.

REISKIO obtemperandum est 50. 1. 1: ἔχων μὲν πρόφασιν, εἰ καὶ μὴ τὸ κατὰ τοὺς Γαλάτας ἐγεγόνει σύμπτωμα περὶ τὴν βασιλείαν, ὅλως ἐλθεῖν εἰς τὴν Ρώμην, ubi reponit ὅμως.

Incredibile dictu est 50. 4. 5 pro ὥσε καὶ φαιὰ βαλεῖν ιμάτια URGINUM iam correxisse λαβεῖν et tamen BEKKERUM emendationem evidentem et necessariam primum in textum receperisse. Hinc mirandum est eum sprevisse VALESHI conjecturam qui 8. 13. 3: μεταλαβὼν δὲ τὴν ὑπόθεσιν, τὰς Φιλίππου πράξεις προύθετο γράφειν, pro μεταλαβὼν commendavit μεταβαλὼν. Vide modo septimam paragraphum ubi de eodem THEOPOMPO, quem ibi POLYBIUS acerbissime exagitat, recte dicitur μετέβαλε τὴν ὑπόθεσιν. Quid sit μεταλαμβάνειν in tali redebet 29. 9. 1. Eiusdem generis vitium me observare memini apud LIVIUM 6. 17. Non *observatam* esse memoriam noctis illius, quae paene ultima nomini Romano fuit. Confer 30. 32: simul laeta simul tristia *obversabantur*, et mecum rescribes, litterarum ordine immutato, non *observatam*, sed *obversatam*. Addam paucos alios. Intelligo 51. 9: Quum delectum consules haberent *pararentque*, sed non fero 26. 34: Qui eorum trans Tiberim emoti essent, ne ipsi posterive eorum uspiam *pararent* haberentve, nisi in Veiente aut Sutriño Nepesinove agro; verum videtur *ararent*. Contrario vitio 52. 15 memorantur Thessaliae urbes Phacium, *Iresiae*, Euthydrium. Nullas novi *Iresias*, sed inter Phacium et Euthydrium sitae fuere *Piresiae*. Lubet proferre suspicionem ad ea quae leguntur 35. 53: Nec praesens omnium modo effusa laetitia est; sed per multos dies gratiis et *cogitationibus* et sermonibus revocata: vide an probari debeat quod mihi magno opere arridet: *congratulationibus*.

Prorsus iocularis error est 51. 4. 4, ubi in splendidissimis ludis Antiochus dicitur equitasse ἵππον ἔχων εὐτελῆ. De more regum et pro diei solemnitate habuit ἵππον ἐντελῆ, opinor.

Interfecto Cn. Octavio, adiit Leptines Demetrium, 52. 7. 5: παρακαλῶν αὐτὸν μὴ δεδιέναι τὸν Γναῖον Φόνον, μηδὲ βουλεύεσθαι μηδὲν δυσχερές κατὰ τῶν Λαοδικέων. Non intelligo illud μὴ δεδιέναι: mihi verum videtur μὴ μετιέναι. Leptines Demetrium hortatus est ne persequeretur Octavii caedem, se enim sponte Romam profecturum esse.

Paenultimo libro 1. a. 1 vitium est. Ibi Polybius οὐ γὰρ ἀγνοῶ, inquit, διότι τινὲς ἐπιλήφουνται τῆς πραγματείας, Φάσκοντες ἀτελῆ καὶ διε.... μένην ἡμᾶς πεποιῆσθαι τὴν ἔξυγησιν τῶν πραγμάτων. HEYSE primus edidit διεφθαρμένην; est tamen fere e conjectura, nam mediae litterae in Codice vix apparent. MAIUS ediderat διερρηγμένην, unde suspicatus eram verum esse διερριμμένην, quod nunc quoque non prorsus abiicio. Quarta paragrapho discimus quid sit τὸ διερριμμένον. De natura et situ locorum POLYBIUS pollicetur 5. 58. 3 se non διερριμμένως dicturum esse sed data opera in libro singulari, sicuti postea fecit libro trigesimo quarto. Contra 2. 65. 7. pro κόμας διερριμμένας CASAUBONUS vidit legendum esse διερρηγμένας, h. e. laniatas. Verum de hoc alii aliter iudicabunt. Illud est minus dubium corruptum esse ἀτελῆ. Confer 53. 12. a. 5, unde intelligitur vitium de quo sermo fit, quum nempe rerum scriptor ut temporum ratio sibi constet, distrahit ea, quae natura coniuncta sunt, non facere narrationem ἀτελῆ sed εὔτελῆ: ἵνα μὴ εὔτελῆ καὶ ἀσαφῆ ποιῶμεν τὴν διήγησιν. De hac confusione egit SCHWEIGHAEUSERUS Vol. V. pag. 277. Διακρίνειν et διευκρινεῖν, ἀτάκτως et εὐτάκτως, Φεύγειν et Φαγεῖν, ἀτυχία et εύτυχία, cet. perpetuo confunduntur.

Ulro corruptit SCHWEIGHAEUSERUS 40. 1. 1: δοκῶν ἔαυτῷ παρακεχωρῆσθαι τὴν πρώτην ἡλικίαν, cum REISKIO fidem habuit qui pro ἔαυτῷ requirebat ἔαυτοῦ aut ἐκάστῳ, quorum in secundis curis hoc praetulit. Quantum erat videre verum esse παρακεχωρῆσθαι!

In 40. 2. 10 ferri nequit: τὴν τῶν οἰκετῶν ἀνάσασιν καὶ τὸν ἐπισυρμὸν βαρέως ἔφερον. Ad rem confer. 31. 28 et LIVII 59. 26 et scribe cum REISKIO ἀνάτασιν, quidquid dicat SCHWEIGHAEUSERUS, nam ἀνάσασις est neque τῶν ἄρτι ἡλευθερωμένων neque τῶν πρὸς τὴν ἐλπίδα ταύτην μεμετεωρισμένων.

In foedere quod Lutatius cum Carthaginiensibus icit 1. 62. 9 legitur: ἀργυρίου κατενεγκεῖν Καρχηδονίους Ὦρμαλοις ἐν ἔτεσιν εἴκοσιν δισχίλιαι καὶ διακόσια τάλαντα. Tum legimus 1. 65. 5 populum Romanum ad hanc summam adiecissem mille talenta. Deinde docemur 3. 27. 5 pacem inter utrumque populum his conditionibus convenisse: Ἐξενεγκεῖν Καρχηδονίους ἐν ἔτεσι δέκα

*δισχίλια καὶ διακόσια τάλαντα, παραπίκα δὲ δοῦναι χίλια, nempe ista mille talenta, quae ad summam a Lutatio constitutam populus adiecerat. Hoc enim suadet quod POLYBIUS tradit de foedere quod ictum est bello cum mercenariis militibus finito, in quo scriptum erat: Ἐκχωρεῖν Καρχηδονίους Σαρδίνος, καὶ προσέξενεγκεῖν ἄλλα χίλια καὶ διακόσια τάλαντα, cf. 1. 88. 12 et 5. 10. 5, ubi illud ἄλλα prorsus otiosum erit, si credemus Carthaginenses primo bello finito iis conditionibus pacem fecisse ut intra decem annos solverent talentum *duo millia* et ducenta et praeterea mille talenta statim conferrent. Necesse est statuere pacem convenisse hac conditione ut per decem annos (Lutatius scripserat viginti, sed populus graves conditiones fecit graviores) solverent vicena et centena talenta et praesens pensio esset talentum mille. Quod si probabitur sequetur Lutatium non imposuisse Carthaginiensibus talentum millia et ducenta, non δισχίλια καὶ διακόσια, sed χίλια καὶ διακόσια, quod 1. 62. 9 reponendum. Iis quae supra disputata sunt adstipulari videtur APPIANUS in Sicil. init.*

Corruptum iudico 1. 51. 7: *παρὰ τὰς πρύμνας καὶ τὸ πέλαγος ποιούμενος τὸν πλοῦν. Lege cum SCHWEIGHAUSERO: καὶ κατὰ τὸ π.*

Eodem libro 66. 7 non fero καθάπερ τὸν πρῶτον χρόνον ὑπῆρχον. Necessarium est πρὸ τοῦ. cf. 1. 72. 5.

In 5. 4. 3 leve vitium est: πρὸς δὲ τούτοις ὁμολογούμενον ἐδόκει τοῦτ' εἶναι καὶ κατηναγκασμένον ἅπασιν, ὅτι λοιπόν ἔσι *Πωμαῖων ἀκούειν. Lege τὸ δτ'*.

In 12. 11. 2 miror: *Ο τὰς δπισθοδόμους σήλας καὶ τὰς ἐν ταῖς Φλιαῖς τῶν νεῶν προξενίας ἐξειρηκώς, Τίμαιος ἐσιν. Suspicor verum esse διευκρινηκώς, quod verbum de eodem Timaeo usurpatum invenies, 12. 26. d. 2: αὐτὸν δὲ μόνον ἐξητακέναι τὴν ἀκρίβειαν καὶ διευκρινηκέναι τὰς ἐν ἐκάστοις ισορίας. De antiquis foederibus Romanorum cum Carthaginiensibus legimus doctissimos viros ἔνια μόλις μετ' ἐπισάσεως διευκρινεῖν. Dubito de composito ἐξευκρινεῖν, 35. 2. 6; conferri potest 40. 10. 2.*

Memoratos invenio 27. 7. 2 Persei legatos τοὺς περὶ τὸν Σόλωνα καὶ τὸν Ἰππίαν. Iam e 27. 1. 11 docemur fuisse Neonem et Hippiam viros nobiles Boeotos qui, quod societatis

ineundae cum Perseo auctores fuissent, patria pulsi fuerant. Videtur itaque pro Σόλωνα laudato loco Νέωνα legendum esse. Inter eos enim qui in Macedoniam se contulerant Neo nominatim refertur 27. 2. 8. Neque mirum est si Boeotis ex-sulibus Perseus tanquam legalis usus est, nam, qui hoc aget, plura exempla huius rei in excerptis de Legationibus observabit. Sic 51. 20. 8 Menyllus Alabandensis memoratur legatus Ptolemaei.

Non fero 27. 15. 13: οὐδὲν αὐτοῖς συνειδότες ἀλλότριον βουλομένοις Ῥωμαίων. Lego: βουλευομένοις, cf. 29. 6. b. 1.

CAPUT SEXTUM.

Incredibile dictu est quam ingens sit numerus locorum, qui labem contraxerunt praepositionibus aut abiectis aut confusis. Neque mirandum est has voculas plerumque per compendia scriptas prae plerisque omnibus esse corruptas. Expromam aliquot locos qui inter se comparati docebunt quid quoque loco probandum sit. Initio operis 1. 1. 5 POLYBIUS profitetur se demonstraturum quomodo orbis terrarum ὑπὸ μίαν ἀρχὴν ἔπειτε τὴν Ῥωμαίων, οὐχ ὅλοις πεντήκοντα καὶ τρισὶν ἔτεσιν. Horum verborum recordatur 6. 1. a. 5 sed ibi rectissime legitur ἐν οὐδὶ ὅλοις, nam praepositio omitti non potest. Postea laetus vidi in collatione Heysiana, praepositionem revera addi in Codice Vaticano. Eadem praepositio periit 1. 40. 7: τινὰς μὲν τῶν εὔκινήτων πρὸ τοῦ τείχους παρέβαλε, ubi Casaubonianum παρενέβαλε primus in textum recepit BEKKERUS. Recte quoque idem 5. 51. 13 e SCHWEIGHAEUSERI coniectura rescripsit φόβον ἐνειργάσατο τοῖς ἐξῆς ποο εἰργάσατο. Male librarii 5. 27. 1: ἀπεχώρησε, καταλιπὼν τὸν Λεόντιον, ubi debebant ἐγκαταλιπών, nam si quis amicum aut quemvis alium in periculis non adiuvat, neque curat miserum hominem et inopem consilii, eum ἐγκαταλείπει, cf. 15. 15. 4. In fragmentis Vaticanis 12. 26. a. 2: ὅταν περὶ ἐρημίας Φάσιν βουλώμεθα ποιῆσαι, restitue POLYBIO tritum vocabulum Ἰμφασιν, de quo SCHWEIGHAEUSERUS in Lexico copiose exposuit. Miror GEELIUM qui olim sic coniecerat, idem retractasse in Addendis. Ἐμφασιν confirmat collatio HEYSII. Ἐμφασιν ποιεῖν est idem quod

significare. Sic 24. 10. 9: ἐὰν βραχεῖαν ἔμφασιν ποιήσωσι δυσταρεσήσεως. Pariter 39. 2. 17: συμβουλεύοντος αὐτῷ κατασπεῖραι τριβόλους σιδηροῦς η σανίδας ἔμβάλλειν (f. ἔμβαλεῖν) κεντρωτὰς, coniicio ἐγκατασπεῖραι. Animi causa his addam locum quemdam ubi praepositio *in* periit apud Latinos. In Rhetorica ad Herennium 4 § 63 legitur sequens fragmentum ex oratione nescio qua: Hunc dico, Iudices, rubrum, brevem, incurvum, canum, subcrispum, caesium, cui *sane magna* est in mento cicatrix. Haec verba referre quotidianum Romanorum sermonem et ultro patet et confirmingant simillimi loci Plautini, *Asin.* 2. 5. 19; *Capt.* 5. 4. 115; *Merc.* 3. 4. 54; *Rud.* 2. 2. 10, cet. Assumi igitur potest verbum Plautinum ad locum emendandum. Lego: cui *insane magna*, cet. Invenies hoc vocabulum *Bacch.* 4. 5. 1; *Trin.* 5. 2. 47; *Most.* 4. 2. 5; sed in primis luculentum est *Mil. Glor.* 1. 1. 24 ubi sic legitur apud FLECK.

Unum epityrum estur insanum *insane bene*.

Addam Livii locum ubi idem vocabulum male habitum est. Ultimi libri decimo capite: Quae omnia, si ea mens populo fiat, in capita noxiorum versura. Aliquanto rectius est: Si *sana* mens p. f. Itidem in *Verr. Act.* II. 1 § 67: *excurrat* aliquis qui hoc tantum domestici mali filio suo nunciet, usus Plautinus commendare videtur: *currat*.

Sicuti supra vidimus periisse praepositionem *ἐν*, sic ἀνὰ revocanda est 1. 41. 1: *περιχαρεῖς* ησαν ἐπὶ τῷ τοὺς ἰδίους τεθαρρυκέναι, τῶν ἐλεφάντων κεκρατηκότας, ubi lege ἀνατεθαρρυκέναι. Paullo infra 1. 60. 1: *προσπεσόντος* αὐτοῖς τοῦ πεπλευκέναι σόλῳ τοὺς Ὀρματούς, lege ἀναπεπλευκέναι, sicuti emendate scriptum videbis 1. 64. 1. Collato 8. 50. 10 apparebit 14. 7. 5 quoque non βραχύ τι ταῖς ψυχαῖς ἐθάρρησαν verum esse sed ἀνεθάρρησαν. Non solum apud Polybius sed apud alios quoque interdum legitur διαγγιγώσκω, ubi requiritur notio *perlegendi*. Optimi et antiquissimi Codices subinde praebent id quod unice ferri potest διαναγγιγώσκειν, quod apud ISOCRATEN v. c. alicubi ex Urbinate Codice restitutum est; saepius e conjectura reponi debet, ut 3. 52. 2 CASAUBONUM multi secuti sunt corrigentem διαναγγιγῶσαι pro διαγγιγῶσαι. Pariter BEKKERUS in textum recepit quod GRONOVIS

coniecerat 21. 9. 3. διαγαγνούς pro διαγνούς. Contra ἀνὰ de-lendum est 3. 5. 7, ubi sine exemplo legitur ἐπὶ τέλος ἀνα-γαγεῖν, cum frequenti usu apud Nostrum pervulgatum est ἐπὶ τέλος ἀγαγεῖν.

Dubito de 1. 42. 10: ἄμα δὲ καὶ τῶν ἔργων ἐπιβαινόντων ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἐντὸς τῆς πόλεως, ubi lubenter reponerem προ-βαινόντων si in promptu haberem exempla ubi πρὸ et ἐπὶ confusa sunt.

Secundo libro 40. 2 docemur Aratum suisse auctorem foederis Achaici, Philopoemeneū ἀγωνισήν δὲ καὶ τελεσιουργὸν τῆς πράξεως. Requiero: συναγωνισήν.

In 2. 50. 11: προσελθῶν "Αράτος malo προελθῶν, ut 3. 63. 1, non immemor tamen eorum quae viri docti disputatione de praepositionibus πρὸ et πρὸς apud POLYBIUM confusis. Quibus etsi assentior saepissime aegerrime dignosci posse quid verum sit, tamen hic illuc nullum est errandi periculum. Sic 5. 1. 7: πολλὰ μὲν γὰρ προλαμβανούσης τῆς τύχης, recipe quod REISKIUS dubitanter coniecit προσλαμβανούσης. In 5. 32. 5. προσπεριλαβόντα τῷ νῷ τὴν συντέλειαν τῆς ἐπιβολῆς, quis nou sentit unice probari posse προσπεριλαβόντα; In fine quinti libri 109. 4: βραχέα προσασκήσας τὰς δυνάμεις et 111. 4 βραχέα προσαναμνήσαντες τῆς ἐν ταύτῃ τῇ βίβλῳ προκατασκευῆς, ipsa rei ratio suadet προσασκήσας et προσαναμνήσαντες, sicuti 4. 1. 4 in eadem re legitur: πρότερον ἀναμνήσαντες. Qui animum ad scribendum appulit προσέρχεται πρὸς τὸ γράφειν; neque igitur Timaeus 12. 26. f. 2. δοκεῖ φιλοπόνως ad illud munus προεληλυθέναι sed προσεληλυθέναι. Quod CASAUBONUS correxit 10. 22. 5 προσδιασαφῶν pro προδιασαφῶν, idem usu venit 40. 6. 12: προδιασαφῶν τὰ κατὰ μέρος, ὡς μετεσχηκὼς αὐτὸς τῶν ἀγάνων, quod intelligi nequaquam potest, nisi correcto προσδιασαφῶν. Rectissime tribus locis 8. 22. 5; 8. 27. 10 et 8. 31. 5 in editione Parisiense correctum est verbum προσυρίξαι, cum antea legeretur προσσυρίξαι. Forte 2. 45. 4 quoque REISKIUS verum vidit corrigens προσεμβίβασαιεν. Pessime 14. 1. 13: τὰς προσδους καὶ τὰς εἰσδους τὰς εἰς ἐκατέραν τὴν παρεμβολὴν, immo προσδους.

In 3. 50. 3 non probbo καθ' ἀς οὐδεὶς τοῖς ἐκατέρων συμμάχοις

τὴν ὑφ' ἐκατέρων ὑπάρχειν ἀσφάλειαν; supra saepius de more legitur παρότι.

In 5. 51. 5 haereo an recte dictum sit ἔξωθοῦντες πᾶν τὸ παραπῖπτον ἐν ταῖς δυσχωρίαις. Requiri videtur προσπῖπτον. Hac quoque ratione corrige 5. 59. 5: πρὸς μὲν τὴν ἀφ' ἐσπέρας πλευρὰν προσκλύζει τὸ πέλαγος: lege παρά. Neque sanum iudico 31. 26. 13: παραπλεόντων δ' αὐτῷ καὶ τῶν ἐπὶ Μοχυρίου, ubi repone προσπλεόντων. Sic 1. 46. 10 in Codicibus invenitur προπλεύσας, προσπλεύσας, περιπλεύσας et περιπροπλεύσας.

Non fero 4. 6. 12: οὐ τολμάντων ἐπεξιέναι καθόλου τῶν Μεσσηνίων, ubi dicendum est ἀντεπεξιέναι, etsi, fateor, vulgata quodammodo defenditur iis quae leguntur 4. 63. 11.

Pro eo quod legitur 4. 22. 1: ἦκον εἰς τὴν οἰκείαν ἀσφαλῶς repositum velim ἐπανῆκον, vide modo 5. 28. 1 et 5. 91. 1. Obiter eadem ratione corrige DEMOSTH. *Olynth.* I § 22: ῥᾳδίως ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἐλθών. Litterae unciales ΟΙΚΕΙΑΝΕΛΘΩΝ ostendunt veram scripturam ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἐπανελθών.

Levius est 4. 28. 6: ἵνα μὴ μόνον εὐπαρακολούθητος, ἀλλὰ καὶ καταπληκτικὴ γίγνηται τοῖς προσέχουσιν ἡ διήγησις. GRONOVIUS mavult καταπληκτική, SCHWEIGHAEUSERUS vulgatum defendit; mihi perplacet ἐκπληκτική, collato 10. 27. 8.

In plerisque difficillimum est iudicare de praepositionibus ἐκ et διὰ, quae ita occurrunt ut eas Polybius subinde permutasse dices. Quod sit discrimen inter ἐξήγησιν et διήγησιν Codices manuscripti non possunt docere, nam in eadem sententia saepe et hoc legitur et illud. Valet hoc de multis aliis vocabulis; in aliis discrimen potest definiri. Nemo sana habebit 5. 24. 5: Κρατοῦντα τῆς εἰσόδου καὶ τῆς διόδου τῶν σενῶν, nam ubi ἐξόδου necessarium erit, si hic non est? Διαποσέλλειν et ἐξαποσέλλειν differunt; illud dicitur de legatis aut nunciis, qui ad varios reges et populos mittuntur, hoc de copiis. Itaque corrige 5. 102. 8: πρὸς μὲν τὰς συμμαχίδας πόλεις γραμματοφόρους ἐξαπέσειλε, ubi legendum διαπέσειλε, sicuti verbi causa legitur 5. 17. 9. Lahem quoque contraxit 7. 3. 5: τούτους ἐκέλευσε διελέγχειν, εἴ τι τυγχάνουσι ψευδόμενοι. Repone usitatum ἐξελέγχειν.

In 5. 45. 4 periit praepositio πρὸς, nam pro διὰ τὸ κατα-

λαβέσθαι τὰ πλοῖα necessarium est προκαταλαβέσθαι. Proosit hoc quoque 11. 16. 1, ubi τὸν ἐκ πολλοῦ χρόνου ἐωραμένον ὑπ' αὐτοῦ καιρὸν, legendum προεωραμένον. Itaque 1. 13. 5: εἰς ὃν καὶ τὴν καταστροφὴν ἐποιησάμεθα τῆς ὅλης κατασκευῆς fidenter emenda προκατασκευῆς, nam hoc non men habent duo priores libri.

Non fero 5. 51. 3: ἀποδοθέντος διαβουλίου, quod de constanti more dicendum ἀναδοθέντος, conf. v. c. 5. 102. 2. Corrige quoque 25. 1. 6 ἐδίδου διαβουλίου et rescribe ἀνεδίδου. Contrarium vitium obsidet 40. 4. 2; ἦσε μετὰ πάσης ὕβρεως συλληφθέντας ἀναχθῆναι δεδεμένους. Dicitur hoc ἀπαχθῆναι.

Aut POLYBIUS praepositiones susque deque habuisse putandus est aut non scripsit 5. 100. 8; Φιλίππου τὴν πόλιν ἀντὶ Θηβῶν κατωνόμασεν, ubi quis Graece sciens non dixisset μετωνόμασεν? Pariter 28. 11. 9; τοῖς Ῥωμαίων ὄπλοις καθοπλίσας τὰς οἰκείας δυνάμεις, lege μεθοπλίσας, nam quod 5. 87. 5 legitur μετακαθοπλίζειν ortum est per dittographiam, utraque praepositione a librariis imperite coniuncta. Hinc emendare poterimus 30. 13. 5: τῶν δὲ διαπορευομένων τὰς κρούσεις κατὰ τῆς ἀρμοξούσης κινήσεως, ubi e Graecorum consuetudine dictum erit μετά. De hac confusione SCHWEIGHAEUSERUS egit Vol. V. pag. 241.

Nulla potest esse dubitatio quin 6. 2. 14: συνοικεῖν καὶ συγχειρίζειν τῷ Μαρκίῳ τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν verum repererit AEMILIUS A PORTA restituendo συνδιοικεῖν. Simile vitium est 29. 1. d. 2: λοιπὸν ἦν ἔξαπατᾶν καὶ σρατηγεῖν ἀλλήλους; verum hoc POLYBIO est διασρατηγεῖν, ut 22. 22. 9: διεσρατήγουν τοὺς Ῥωμαίους. Alias idem est κατασρατηγεῖν et fieri sane potest ut hoc ipsum restituendum sit. Huc adde 18. 57. 4: τοὺς παρὰ τῶν Αἰτωλῶν δὲ πρεσβεύοντας, ibique cum SCHWEIGHAEUSERO scribe: διαπρεσβεύοντας. Hinc apparebit quid legendum sit 38. 1. d. 3: Ὅσῳ γὰρ εἰς πλεῖος διατείνει καὶ πλείω χρόνον ἡ τῶν ὑπομνημάτων παράδοσις τῶν πρὸς καιρὸν λεγομένων. Qui de restituenda vera lectione dubitat conferat quintam paragraphum et mecum reponet ἡ διὰ τῶν ὑπομνημάτων.

Sexto libro duo loci vicini veluti e contagio morbo eodem affecti sunt. Alter est 6. 51. 15: τὰς ἐκ τῶν πολεμίων λείας εἰς τοῦτο παράγοντες; alter 6. 55. 1: μὴ βιασάμενοι παραπέσωσιν εἰς τὴν πόλιν. Opportune 1. 18. 3 demonstrabit quid verum sit: τῶν παρεισάγεσθαι καὶ παρεισπίπτειν εἰωθότων εἰς τὰς πολιορκουμένας πόλεις. Eodem vitio laborat 3. 62. 2 ubi Hannibal συναγαγὼν τὰ πλήθη παρήγαγε νεανίσκους τῶν αἰχμαλώτων. Legitur 3. 65. 2: τούτου χάριν ἔφη παρεισάγειν τοὺς αἰχμαλώτους, unde priori loco corrigere παρεισήγαγε. Emendare quoque libet 11. 31. 2: πολλὰ πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ἐνεγκάμενος, ubi legendum est εἰσενεγκάμενος, cf. 5. 74. 9 et passim alibi.

Certissimum est corrupte legi 6. 58. 7: ὅσον οὕπω δὲ προσδοκῶντες, περὶ τῆς πατρίδος αὐτοῖς ἐκφέρεσθαι κίνδυνον, immo ἐπιφέρεσθαι hac significatione usitatum est.

Ridicule admodum et praeter scriptoris sententiam 10. 43. 1 legitur: τοῦ κατὰ τὰς πυρσεῖς γένους . . . ἀνεργάτου πρότερον ὑπάρχοντος. Debuit dicere ἀνεξεργάτου. Usurpata quidem fuit, ut Polybius demonstrare pergit, haec signorum dandorum ratio, sed antea non fuit exculta. Quid sit ἐξεργάζεσθαι cognosce ex his exemplis, 5. 26. 5: εἰς τοῦτον ὑπερεθέμενα τὸν καιρὸν κατὰ μέρος περὶ αὐτῶν ἐξεργάσασθαι, 5. 81. 7; 12. 11. 8; 28. 14. 3 et 29. 6. a. 3. Ultimus locus in primis facit ad nostrum propositum.

De tauro Phalaridis invenio 12. 25. 2, ὡσε τὸν μὲν ἄνθρωπον πανταχόθεν παροπτώμενον καὶ περιφλεγόμενον διαφθείρεσθαι. Arridet περιοπτώμενον. Aequo necessarium hoc videtur ac 17. 8. 10: τῶν ἐν ταῖς ναυμαχίαις ἀλόντων ὅσοι πάρεισι, ubi SCHWEIGHAEUSERUS coniecit περίεισιν. Has praepositiones confusas quoque videbis 3. 47. 4.

Praepositio ἐπὶ addenda est 14. 1. 7: τῶν δὲ Νομάδων, τοὺς μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐκ καλάμων, τοὺς δὲ συναγομένους ἐκ τῶν πόλεων ἐξ αὐτῆς τῆς Φυλλάδος σκηνοποιεῖσθαι. Lege cum Gronovio ἐπισυναγομένους et confer 14. 2. 8. Eadem corruptela obsidet 58. 5. 7: προσεμέτρησεν ἔτερον φύφισμα, ubi coniicio προσεπεμέτρησεν, nam verbum προσμετρεῖν inauditum est. Contra ἐπὶ delendum est 27. 13. 15: ἐφ' ὃ

μὴ προέσθαι σφᾶς αὐτοὺς ἀκρίτως εἰς τὴν Ἀράμην ἐπανάγεσθαι; διὰ τὰς Χάροπος διχβολάς. POLYBIO et aliis hoc est ἀνάγεσθαι, vide modo paragraphum 14. SUIDAS duos Polybianos locos laudat qui coniunctim leguntur 15. 24 § 2 et § 3; in altero ἀταθμεύτους, in altero ἀνεπισαθμεύτους legitur; hoc unice verum est; verbum ἐπισταθμεύσθαι videbis 21 4. 1 et similes foederum formulae exstant 4. 25. 7; 4. 85. 5; 15. 18 2 et 18. 29. 15.

Pro ἐνέκειντο τοῖς ὑπεναντίοις 18. 6. 8 malo ἐπέκειντο. Sic 40. 8. 11 non fero 'Εν οἷς ἀγασθὲν τὸ πλῆθος sed unice probandum videtur 'ΕΦ' οἷς. Contra 39. 1. 2 pro πορφυρίδα θαλαττίαν ἐπιπεπορπημένος coniicio ἐμπεπορπημένος, etsi hac de re possit dubitari. In 27. 12. 2 pro καταλαλούμενος πικρῶς ἐν τῷ μηδὲν προέσθαι, commendo ἐπι.

Haud dubitanter corrigendum est 22. 15. 9: καθισάτωσαν τὰ χρήματα ἐν Ἀράμῃ, ubi necessarium est εἰς Ἀράμην, vide § 11 et 22. 26. § 6 et § 8.

Vocabula καὶ et πρὸς confusa sunt 22. 26. 1: φιλίαν ὑπάρχειν Ἀντιόχῳ καὶ Ἀραμαῖοις, immo πρὸς Ἀραμαῖους, cf. 25. 2. 1 et 26. 6. 3 et LIVIUM 58. 58.

In 23. 15. 5: εἰσαπέσειλε Κάσανδρον εἰς Μαρώνειαν meilius iudico: ἐξ απέσειλε. Contra 24. 12. 7: εἰς δὲ τὴν ἄκραν ἐκδέξωνται παραχρῆμα verum videtur εἰσδέξωνται.

- Subdubito de 25. 1. 7: μηδὲν εἶναι τῶν κατὰ Λακεδαιμονα πραγμάτων εἰς αὐτοὺς, ubi suspicor corrigendum esse πρὸς, cf. 6. 46. 9. Contrario errore legitur 32. 22. 2: κατέκριναν οὐ Φυγῆς ἀλλὰ θανάτου τοὺς προσαγγελθέντας. Lege εἰσαγγελθέντας. Eiſ et πρὸς in Codicibus confunduntur 1. 43. 6. Senatus legatos exterorum populorum εἰσκαλεῖται, haud raro dicitur προσκαλεῖσθαι, sed ferri nequit id quod semel si bene memini in hac re legitur, παρακαλεῖσθαι, 24. 1. 8.

In 27. 2. 5 τοὺς Φυγάδας συνεβούλευσαν ἀπαγαγεῖν εἰς τὴν οἰκείαν, lege καταγαγεῖν, solemne verbum de exsilibus qui in pristinum statum restituuntur. Itidem corrigere 15. 1. 5: ἐπὶ τοὺς πολλοὺς παραχθέντες, ubi nunc legitur ἀπαγχθέντες, cf. 5. 62. 3 et 38. 4. 2.

In vicinia 15. 27. 8 legitur $\pi\alpha\rho\alpha\chi\theta\epsilon\varsigma$ εἰς τινα μέρη τῆς αὐλῆς, ubi emenda $\alpha\pi\alpha\chi\theta\epsilon\varsigma$.

Quod neutra significazione saepissime dicitur ἐμβαίνειν εἰς τὸν πόλεμον, id active est ἐμβιβάζειν. Non ferendum igitur est 27. 6. 8: θέλοντος αὐτοῦ ἐκείνους κατὰ πάντα τρόπον ἐκβιβάζειν εἰς τὸν πόλεμον, sed corrigendum est ἐμβιβάζειν.

Non satis constat apud me an praepositiones διὰ et κατὰ confundi soleant; alioqui fidentius pronunciare auderem de 32. 2. 8 ubi διὰ τοὺς νῦν λεγομένους καιρούς satis mire legitur.

Non concoquo 35. 3. 4: ὑπὸδειλιᾶν τὸν πόλεμον; necessarium est $\alpha\pi\circ\delta\epsilon\iota\lambda\iota\alpha\eta$. Cf. 3. 46. 9; 3. 89. 3; 5. 4. 12; 16. 1. 1; 35. 4. 3.

Itidem corrigendum 36. 1. b. 2: ἀσχῆμων δὲ καὶ φαύλη ἔνσασις πολέμου τάγαντιά ἐνεργάζεται. Lege $\alpha\pi\epsilon\gamma\alpha\zeta\epsilon\tau\alpha\iota$, quod nunc video HEYSIUM quoque in Codice invenisse.

Paenultimo libro 2. 1: τοιαύτην καὶ τηλικαύτην ἀσέβειαν εἰς τοὺς αἰχμαλώτους ἡμῶν ἐνεδειξω, commendo ἐναπεδειξω.

Leve vitium observasse mihi video 1. 73. 2: $\pi\alpha\tau\epsilon\sigma\kappa\epsilon\upsilon\alpha\zeta\varsigma$ τὰ περιλιπῆ τῶν πλοίων ubi praesero κατεσκεύαζον. Illud enim est comparabant, quod non est huius loci, hoc instruebant, quod unice convenit. Confer tamen SCHWEIGHAEUSERUM V. pag. 201 et 273.

In 3. 59. 6 suppleveriū $\alpha\pi\circ$. Legitur λαβόντες ἀρμόδξοντα τόπον ἐν τῷ πραγματείᾳ τῷ μέρει τούτῳ, sed hoc apud POLYBIUM dici solet $\alpha\pi\circ\lambda\alpha\beta\acute{o}\nu\tau\epsilon\varsigma$. Neque probo 9. 32. 8: τὰ πρότερον ὅφ' ὑμῶν δεδοκιμασμένα, totus locus postulat ut rescribatur $\alpha\pi\circ\delta\epsilon\delta\circ\chi\iota\mu\alpha\sigma\mu\acute{e}\nu\alpha$.

Excidit praepositio $\pi\epsilon\tau\iota$, 32. 2. 1: τὸ πλῆθος τῶν προσόδων ὁφθαλμιῶν: verum hoc est $\pi\epsilon\tau\iota$ τὸ πλῆθος. Hinc 35. 4. 8 pro δόξαιν ὁμολογουμένην πεποιημένος verum poterit videri $\pi\epsilon\tau\iota$ πεποιημένος, confer tamen REISKIUM pag. 727.

(Continuabuntur.)

P O L Y B I A N A.

CAPUT SEPTIMUM.

Comprehendam praesenti capite omnes locos qui labem passi esse videntur confusis verborum temporibus aut modis. Huiusmodi corruptelae et apud alios quosvis scriptores frequenter obviam sunt, et apud Polybium; sed, cum apud antiquos Atticos menda ab optimis criticis sedulo sublata sunt aut nunc quoque tolluntur, Polybio obsuit prava quaedam opinio, quam viri docti tacito veluti consensu de eius dictione conceperant. Cum enim constaret illum hic illic uti sermone paullo minus puro et aliquantum decadente a puritate Atticae dialecti, putarunt nihil esse quantumvis novicium quod ei excidere non potuisset, cum praesertim multum diuque in re militari et variis negotiis distractus non multum attendere potuerit ne quid vitii contraheret ex consuetudine aliorum, Romanorum praesertim, quos saepe cum inter se, tum Graecis praesentibus, Graeca lingua usos fuisse quis neget? Accedebat hoc quoque ab homine Arcade vix exspectari posse sermonis elegantiam, cum ipse haud semel indicat se in historia conscribenda magis curavisse ut vere diceret quam eleganter, sprevisseque omnem verborum ornatum, quem ab historiarum scriptoris munere alienum putaret. Non negabo haec omnia recte disputari et eorum usum praeclarum existere, si quis ad emendandam vulgatam scripturam se accingat, sed tamen ita concedam, ut intelligam esse etiam aliud, quod iudices illi paullo iniquiores et aestimatores fastidiosi praetervidisse videntur. Polybius enim, etsi non assequutus sit Atticam elegantiam, multo tamen melius locutus est quam librarii, qui eius

opera descripserunt. Hinc factum est ut hi quaedam ei obtruserint, quorum culpam praestare non debet. Confirmabo quae dixi uno exemplo, sed haec observatio permultos locos tralaticio et diu inveterato vitio liberabit. Apud omnes scriptores infinitivi aoristi et futuri temporis ita permisceri solent, ut tamen plerumque pro futuro aoristus reponatur, contrarium multo rarius usu veniat. Apud alios hoc vitium, nisi ubi librarii culpa vacare videntur, procurari solet et ex optimis Atticis scriptoribus sere evanuit. Polybius contra putatur promiscue utraque forma usus esse, unde fit ut passim vitiouse aoristus legatur, sicuti exstaret apud omnes, nisi iam dudum intellectum foret in talibus Codicum auctoritatem nihil esse habendam. Quam normam autem Noster tenuerit facillime diiudicari potest ex usu aoristorum secundorum, in quibus nullum est criticis errandi periculum. Apud Polyb. semper legitur sicuti 4. 4. 4: Κοινῆς αὐτοὺς ἐπιστροφῆς ἔφη τεύξεσθαι καὶ τοῦτο πείτεσθαι δικαίως. Apparet quid velim; si Polybius aoristum praetulisset legeremus in Codicibus τυχεῖν et παθεῖν. Corrupte quidem talia leguntur, sed tunc invenitur sere τεύξεσθαι aut πείτασθαι, quas formas nemo sibi persuadebit Graecas esse. Hinc factum est ut Casaubonus, qui antea ubique oblitterata futura restituerat, postea sententiam mutaverit et pronunciaverit Polybium usum fuisse aoristis *primis* pro futuris, quod quam sit absonum apparebit si quis contulerit ea, quae Cobetus in Variis Lectionibus de hoc vitiorum genere adnotavit. Magnus numerus locorum corruptorum (observavi ad sexaginta in editione Didotiana, quorum tamen plerosque iam correxit BEKKERUS) facit ut nihil opus sit indicare omnes. Sed operaे pretium facturus mihi videor, si nonnullos maxime memorabiles excitavero. Agmen ducant ii loci ubi duorum verborum alterutrum corruptum est. Sic 6. 37. 13: ἡ κυριεύειν ἐλπίζοντες... ἡ διαφεύξεσθαι, posteriorius docet pro κυριεύειν legendum esse κυριεύσειν. Hinc quoque 7. 5. 6: δι' ἣς τοῖς Ῥωμαίοις οὐ μόνον δυσαρεσήσειν ἀλλὰ προσκόπτειν ἔμελλε προφανᾶς, corrigē προσκόψειν. Pariter 4. 64. 5. reiicio SCHWEIGHAUSERI doctrinam et emendo πεπεισμένων ἡ κωλύειν ἡ κακοποιήσειν pro κωλύειν, nam saepiuscule ipsae in Codicibus variae lectiones docere possunt in

talibus olim titubatum esse et opportunum vitium succurrit in Mediceo Codice, qui 8. 9. 8. pro κυριεύσειν male κυριεύειν praebet et sic haud semel erratur. Verum alia quoque consideranda sunt. Veluti quod legitur 1. 4. 8: ταχέως ἀν οἴμαι πάντας αὐτοὺς διμολογήσειν bene dictum esse concedam si quis mihi idoneis exemplis probaverit Graece dici πάντες διμολογήσουσιν ἀν; interea tamen verum arbitror διμολογῆσαι. Eadem ratio est 8. 30. 8: νομίσαντας ἀν οἰκήσαι οὕτως ἄριστα, ubi sine suspicione hodie legitur οἰκήσειν. Certo certius est 1. 23. 9 legendum esse ἀσφαλῶς ἡλπίζον ποιήσεσθαι τὰς ἐμβολάς, non ποιήσασθαι, sicuti iam supra vidimus post ἐλπίζειν futurum esse necessarium, ubi vidimus ἡλπίζον διαφεύξεσθαι, nisi quis forte hoc e διαφυγεῖν natum putet. Hinc quis dubitat 5. 15. 13: Οὐ μὴν ἐν Ἰταλίᾳ γε πολεμήσειν ἔφασαν, ἀλλ' ἐν Ἰβηρίᾳ, χρήσασθαι δὲ πρὸς τὸν πόλεμον δρμητηρίῳ τῇ Ζακανθαίων πόλει, rescribere χρήσεσθαι, cum praesertim hoc ipsum totidem literis praebeat Codex Florentinus? Et tamen SCHWEIGHAEUSERUS, qui harum rerum omnino nihil intelligit, hoc in curis secundis demum recepit. Idem tamen 5. 29. 2 scribere non dubitavit: ἐλπίσαντες γὰρ χρήσασθαι τῷ Φιλίππῳ. Scrupulum tamen iniicere poterit 2. 45. 1: ἐλπίσαντες καταδιελέσθαι τὰς πόλεις. Verum apud recentiores pro αἰρήσειν et αἰρήσεσθαι falsa analogia peperit ἐλεῖν et ἐλεῖσθαι, nam quum βαλεῖν simul erat futuri et aoristi temporis, ἐλεῖν quoque satis commode utraque vice fungi posse videbatur. Exstat haec forma haud raro apud alios, interdum quoque appareat in Polybio. Legitur 3. 29. 7: ἀφελοῦνται, 7. 9. 17, ἀφελούμεν ἢ προσθήσομεν, 10. 12. 4 ἐξελούμενοι. Per-spixerat hoc Casaubonus cum 9. 29. 11: τὰς ὑμετέρας ἐλπίδας ἀφελόμενος καὶ τὴν ὑμετέραν ὑπεροχὴν ταπεινώσων corrigeret ἀφελούμενος. Contra 22. 18. 5 ante Casaubonum satis inepte legebatur τοὺς Ἰσιονδεῖς ἐξελούμενος ἐκ τῆς πολιορκίας pro aoristo ἐξελόμενος, quem sensus postulat. Hinc suspicor 1. 10. 8: ἔμελλον τὰς Συρακούσας ἐπανελέσθαι paullo melius fore ἐπανελεῖσθαι. Certius est corrupte legi 3. 17. 5: ὑπέλαβε παρελέσθαι Ῥωμαίων τὴν ἐλπίδα: in vicinia complures infinitivi aoristi temporis leguntur ἐνεργάσασθαι, προκαλέσασθαι cet., quos quum ferri non posse BEKKERUS intelligeret optime de

Polybio meritus rescribendo ἐνεργάσεσθαι et προκαλέσθαι, nam haec forma apud Polybium, quippe paullo recentiorem, nihil dubitationis habet; si vero cogitasset de novicio futuro ἑλεῖν, non dubitasset recipere quod non minus necessarium est παρελεῖσθαι. Apparet iam quid faciendum sit loco, qui huic disputationi ansam dedit, ἐλπίσαντες καταδιελέσθαι τὰς πόλεις ferri non potest, nam Aetoli dixisse creduntur non καταδιαιρούμεθα τὰς πόλεις, quod est absurdum, sed καταδιελούμεθα, unde corrigere καταδιελέσθαι.

Vidimus pro futuris interdum quoque Codices offerre praesentia tempora; imprimis hoc usi venit in iis verbis, quorum utrumque tempus non nisi accentu distinguitur. Verbi causa 1. 59. 1: τὸ πεπεῖσθαι δὶ αὐτῶν τῶν πεζικῶν δυνάμεων κρίνειν τὸν πόλεμον, rescribe κρίνειν. Itaque corrigere quoque in fragmēto Codicis Escorialensis: πεπεισμένος τὸ παρὰ τοῖς πολλοῖς μῆσος ἀμβλυνεῖν pro ἀμβλύνειν; VII. 5. 7: ἔφη γὰρ ἐμμενεῖν ἐν ταῖς συνθήκαις pro ἐμμένειν; aut 23. 3. 10: πᾶν γὰρ ὑπομεγεῖν ἔφασαν μᾶλλον ἢ ποιήσειν τὸ προστεταχμένον pro ὑπομένειν; quod qui reputet simul mirabitur ante BEKKERUM neminem amplexum esse Casauboni lectionem 5. 17. 5: πεπεισμένος ἀσφαλῶς κατασυρεῖν τὴν Θετταλίαν pro κατασύρειν. Huc addam complures alios locos ubi futurum post verbum πεπεῖσθαι periit: 5. 43. 5: πεπεισμένοι κωλύειν τὴν ἀπόβασιν; 4. 50. 1: πεπεισμένοι τὸν μὲν Ἀχαϊὸν βοηθεῖν, cum continuo sequitur ἀντιπερισήσειν; 5. 25. 1: πεπεισμένοι λύειν τὴν πολιορκίαν; 5. 108. 7: ἐπέπεισο κατακτήσασθαι τὴν δυγκσίαν; 9. 28. 1: οὐδ' ἄλλως εἰπεῖν οὐδένα πέπεισμα τολμῆσαι; 10. 31. 2. πεπεισμένων κωλύειν τοὺς πολεμίους; 10. 41. 5: πεπεισμένοι συγκλείειν τὴν Φίλιππον καὶ καθόλου κωλύειν παραβοηθεῖν; 23. 14. 10: πάνυ γὰρ ἐπέπεισο διὰ τοῦτο πᾶν τὸ προτεθὲν ἀνύεσθαι; quibus locis omnibus futurum restitue, nisi quod 9. 28. 1 praefero οὐδ' ἀλλως εἰπεῖν οὐδένα πέπεισμα τολμῆσαι.

Eadem correctione utere post verbum λέγειν; sic 1. 85. 5: ἔφη τοὺς παρόντας ἐκλέγεσθαι cedat verae scripturae ἐκλέξεσθαι. vide porro 18. 26. 10: οὐκ ἔφη κοινωνεῖν τῆς πράξεως. τοὺς δὲ βουλομένους οὐ κωλύειν; 4. 64. 5: Φήσας βουλεύσασθαι; 14. 2. 5: ἐκεῖνοι Φήσουσι βουλεύεσθαι; 8. 17. 3: Φήσας ἐπι-

τούς φίλους: 2. 8. 8: ἔφη πειρᾶσθαι: ubique eadem correctione sine ullo periculo uteatur. Controversia est de 11. 51. 5: διόπερ οὐδὲ προσδέξασθαι συναγώνισκην Ἰβήρων οὐδένα καθάπταξ ἔφη, δι' αὐτῶν δὲ τῶν ὑψηλῶν συνάγασθαι τὸν κίνδυνον. REISKIUS inavult προσδέξεσθαι et συνάγεσθαι; obloquitur SCHWEIGHAUSERUS, vides uter sit peritior dux. Corrigere porro 11. 51. 7: ἔφη ποιήσασθαι πρόνοιαν, 5. 98. 9: ἔφη ἐπισπάσασθαι et fortasse quosdam alios. Exime tamen eos locos ubi aoristus cum ἀν particula recurrat, nam quod ἀν interdum omiserunt librarii, hoc nihil ad Polybium. Scribe igitur 15. 24. 2: εἶπον παραδοῦναι ἀν τὴν πόλιν, et 22. 9. 15: οὐκ ἀν ἔφη δοῦναι πλεῖον ταλάντου, et sic in ceteris.

Quis non sentit recte dictum esse 2. 50. 2: ἐπαγγελλόμενος βοηθήσειν, et sic alibi Polybius saepissime loquitur. Corrigenda itaque sunt 2. 37. 2: ἐπηγγειλάμεθα ποιήσασθαι τὴν ἀρχὴν τῆς συντάξεως et 4. 1. 9 ubi ea ipsa verba iterum leguntur. Aequo vitiosum est 7. 2. 6: συμπέμπειν ἐπηγγείλατο τοὺς διαλεχθησομένους τοῖς Καρχηδονίοις.

Venio nunc ad verbum ὑπολαμβάνω, cuius in simili re est similis ratio. Nihil attinet cumulare locos ubi futurum emendate legitur. Corrigenda sunt 2. 64. 5: ἀσφαλῶς ὑπέλαβε ποιήσασθαι τὴν ἀναχώρησιν, cui simillima sunt 4. 10. 8 et 9. Male quoque 4. 58. 5: ὑπολαμβάνοντες τρέψασθαι. Praepositio insuper periit 8. 4. 11: τοὺς ὑπολαμβάνοντας ἐμπειρίαν ποιήσασθαι τῆς ἴσοριας, ubi malim περιποιήσεσθαι, non immemor tamen eorum quae REISKIUS disputavit in *Ani-madrv.* pag. 176. Duplici vitio inquinatur quoque 27. 7. c. 1: ταχέως αὐτοὺς ὑπολαμβάνω παλινῳδίαν ποιῆσαι καὶ μεταπεσεῖν εἰς τούναντίον καὶ λίαν παρὰ πόδας αὐτοὺς ὑπολαμβάνω μεταμεληθῆναι, ubi ταχέως ἀν αὐτοὺς et λίαν ἀν legenda sunt. Nunc laetus video HEYSIUM illud ipsum ταχέως ἀν in Codice invenisse. Prosit hoc quoque 27. 14. 2: νομίζοντες εἰ παραδοῖεν τὸν Αὔλον τῷ Περσεῖ, μεγίσην μὲν πίσιν προσενέγκασθαι, μέγισα δ' ἀν βλάψαι ὑψηλῶν συναγώνισκην, ubi in priore membro legendum est sicuti legitur in altero: μεγίσην μὲν ἀν. De Scipione legimus 5. 61. 5: οὐδ' ἐπιβάλλεσθαι τῇ διὰ τῶν Ἀλπεων πορείᾳ ἥλπισε τὸν Ἀννίβαν: imino οὐδ' ἀν ἐπιβαλέσθαι.

Ad 5. 98. 8 notare lubet REISKIUM: ἐκκαλέσεσθαι, inquit, in futuro, et sic quoque ἐπισπάσεσθαι, propter ἐκλύσειν et αὐξήσειν. nam alias aoristis saepe pro futuris utitur Polybius. Velle tam adduxisset unicum exemplum ubi Polybius aoristo secundo aut passivo pro futuro utitur. Quod quum neque fecerit neque facere potuerit, nam exempla omnino desunt, dubitare quoque licebit de aoristis primis. Sed REISKIUS numquam futura emendare ausus est, nisi ubi aoristus cum futuro copulatur, hinc v. c. 5. 104. 3: ἦξειν καὶ διατείνειν verum vidit et corredit διατενεῖν, in caeteris caeculit. Unicum tantum novi locum de cuius restitutione subdubito, nempe 6. 26. 2 delectu habito et scriptis legionibus tribuni milites domum remittere solent, ἀπέλυσαν τοὺς ἄνδρας εἰς τὴν οἰκίαν, ubi malo εἰς τὰς οἰκίας aut saltem εἰς τὴν οἰκίαν. Tum: παραγενομένης δὲ τῆς ἡμέρας, εἰς ἣν ἀμοσαν ἀθροισθῆναι; suspicor tamen hic quoque legendum esse εἰς ἣν ἄν.

Obiter correcto 6. 48. 3: σώφρονας μὲν ἔμελλε τοὺς κατ' ἴδιαν βίους παρασκευάζειν, ἀσασίασον δὲ καὶ κοινὴν παρέξεσθαι πολιτείαν, ubi lego παρασκευάσειν, notabimus 26. 2. 6, ubi Callicrates Romae de iis qui apud Achaeos Romanis minus favebant affirmat ἀχαιϊκωτέραν εἶναι παρὰ πολὺ ταύτην τὴν ὑπόθεσιν καὶ νικητικωτέραν ἐν τοῖς πολλοῖς. Verum non de solis Achaeis verba facit sed de omnibus Graecis, qui tunc temporis speciosa quadam libertate adhuc uterentur; deinde eorum sententia minus recte apud plebem suisse dicitur ἀχαιϊκωτέρα, nam sic videbatur omnibus, ducente ipsa rei natura, hoc enim nemo negabat esse aliquanto magis pro dignitate populi Achaeorum, eos libertatem posse usurpare, ceteris omnia exsequentibus ad nutum senatus populi Romani; denique miror vocabulum satis insolens νικητικωτέραν, neque intelligo hoc sensu vim comparativi. Per placet εὐχαριτωτέραν et κινητικωτέραν. Usum vocabuli χάρις in tali re nemo ignorat: oratores Athenis πρὸς χάριν ἔλεγον, e Xenophonte memini λόγους εὐχαριτωτάτους, cet. Quod ad κινεῖν attinet, est solemne in illa re apud Polybium. Sequitur paullo post id, cuius causa totum locum excitavi: si senatus sententiam suam declaraverit, spondet ταχέως καὶ τοὺς πολιτευομένους μεταθέσθαι πρὸς τὴν Πωμαίων αἵρεσιν. Dubium foret utrum praferri deberet τα-

χέως ἀν, quo modo supra alium locum sanavimus, an μεταθήσεσθαι, nisi litem dirimeret sequens futurum ἐπακολουθήσειν.

Plerosque locos, e quibus demonstrarem ea quae superiore disputatione continentur, desumsi e quinque prioribus libris, quos quum solos integros habemus, si iis nullus locus constanti purae Graecitatis normae refragatur, sequitur in ceteris, in quibus toti pendeamus ab arbitrio eorum qui excerpserunt, si forte Polybius soloce dixisse videatur, eum ipsum huius rei culpam sustinere non debere. Quod verbi causa legitur 31. 20. 10: ἀνεδέξατο τὴν τε ναῦν ἔτοιμάσαι καὶ τὰλλα πρὸς τὸν πλοῦν ἀπαρτιεῖν, cum verbum ἀναδέχεσθαι suscipiendo significatione non habet futurum infinitivi, lenissimum fortasse erit corriger ἀπαρτιεῖν ἔφη, sed fieri quoque potest ut ipsa Polybii verba desiderentur et nunc legantur tantummodo verba, in quae illa narratio postea contracta fuit. Pariter quod legitur 31. 22. 9: αὐτὸς μὲν οὐκ ἔφησεν ἐμβαίνειν, τοὺς δὲ νεανίσκους ἥξειν περὶ μέσας νύκτας τοὺς μέλλοντας πλεῖν attice certe foret ἐμβῆσθαι, sed tribui potest isti excerpendi instituto. Videndum tamen est an hoc adversariis dari possit hic quidem Polybium dixisse. Si Demetrius ad navis magistrum dicere potuit οὐκ ἐμβαίνω pro οὐκ ἐμβῆσομαι, Polybius quoque certe ἐμβαίνειν dixisse videtur. Accurate collato usu verbi ἀποδίδονται 17. 6 et 17. 8, fere in sententiam eam discedere lubet. Nihilominus tamen 31. 22. 8 pro ἐκπέμψαι legendum esse ἐκπέμψειν satis constat. Verbo monuisse sufficiet 32. 9. 2 διηγήσεσθαι legendum esse pro διηγήσασθαι et 33. 10. 8: ἀπαγγελοῦντες pro ἀπαγγέλλοντες. Ceterum librariorum oscillantia qui omnia permiscent, ita ut ne a τεύξασθαι, ut 10. 38. 3, et ἐπιθῆταντας 22. 22. 2 quidem abstineant, observari potest e collationibus quibus SCHWEIGHAEUSERUS usus est.

Huc pertinet quoque 1. 10. 2: δεόμενοι βοηθήσειν σφίσιν, quod, cum ferri non posset, Casaubonus maluit βοηθεῖν vel βοηθῆσαι, quorum illud e perpetua scriptoris norma sine dubio praeserendum est. Si operae pretium esset, excitarem locos bene multos, ubi sic legitur: non sufficiet laudasse 33. 4. 2: τοὺς τὰ γιγνόμενα διαταφήσοντας καὶ δεομένους βοηθεῖν, sed corrigendum est δεησομένους. Sed properan-

dum est ad alia, claudente agmine 7. 4. 7: ὑπισχνούμενος ἐπαρκεῖν, ubi legendum ἐπαρκέσειν.

Neque ignorant viri docti quam saepe καλεῖν, λαβεῖν, βαλεῖν et βάλλειν permutata fuerint, et tamen operae pretium facturus mihi videor, si indicavero aliquot locos, qui ex hac observatione sanari possunt. In Editionibus legitur 1. 1. 2: παραβάλλοιμεν, a Codice rescripto gratus accipe παραβάλλοιμεν. Quod 1. 37. 9 legebatur: ὅταν παρακαλῶνται καὶ βιαιομαχᾶσι, id emendavit Casaubonus corrigendo παραβάλωνται: perfecit BEKKERUS edendo παραβάλλωνται. Contrario vitio legitur 15. 16. 2: ἐξαυτῆς παρεσκευάστω καὶ τότε προεβάλλετο, ubi legendum προεβάλλετο. In 38. 5. 8: οὐδενὶ λόγῳ τοῦτο πράττων, ἀλλὰ πάντων ἀσεβεσάτοις ἐπιβαλόμενος, quis admonitus non restituet ἐπιβαλόμενος? In 5. 55. 9: τὸν τοξότας ἐκτὸς τῶν ἵππων παρενέβαλλε, emendabit παρενέβαλε, quicumque observaverit quam constans sit illo loco aoristi usus. In 5. 93. 5 Megalopolin nonnulli volunt ποιεῖν τηλικαύτην, ἡλίκην καὶ τειχίζειν ἐπιβαλλόμενοι καθίξονται, immo ἐπιβαλόμενοι. Praesens tam ridiculum est ac si quis Latine scribebat hoc loco *aggreidentes pro aggressi*. In notissima narratione 9. 38. 2 de legatis, quos Xerxes olim in Graeciam miserat, legitur ἀπώσαντας ἐς τὸ Φρέαρ τὸν παραγεγούντα καὶ προσεπιβάλλοντας τῆς γῆς, vulgata lectio explicationem admittit et tamen malo προσεπιβαλόντας. In 10. 49. 7: παρήγγειλε παρεμβαλεῖν καὶ λαμβάνειν ἐκάσους τὰς εἰθισμένας τάξεις, verum est παρεμβάλλειν. Haud semel βέβηκα et βέβληκα confusa sunt. Quem locum supra excitavi 4. 73. 7: ὥσε τινὰς μὴ παραβεβηκέναι τὸ παράπτων εἰς Ἡλείαν, cum corrigerem εἰς ἐκκλησίαν, qui Polybii morem novit statim emendabit παραβεβληκέναι. Et 33. 12. 10: ὑπερβεβηκέναι καὶ ἀπολελυρηκέναι τὸν Βεργαῖον Ἀντιφάνην tamdiu vitiosum erit, quamdiu constabit Graecos dixisse καθ' ὑπερβολὴν et non καθ' ὑπέρβασιν. Exempla confusionis vocabulorum ἔλαβον et ἔβαλον haec sunt. Dicitur βάλλεσθαι χάρακα, περιβάλλεσθαι χάρακα, περιβάλλειν τεῖχος τῷ λιμένι, χάρακα τῷ παρεμβολῇ: dicitur quoque περιλαμβάνειν τὴν πόλιν, τὰς ναῦς sed περιλαμβάνειν χάρακα tam absurdum est ac foret περιβάλλειν χάρακι, nisi quo

sensu recte dicitur 9. 5. 1: Ἀννίβας περιλαμβάνων τὸν χάρακα τὸν Ἀππίου. Apparet quid faciendum sit 3. 68. 6: περιβαλλὼν τὰφρῷ καὶ χάρακι τὴν παρεμβολήν ετ 5. 5. 5: τὰς ναῦς τὰφρῷ καὶ χάρακι περιέβαλε. Quantocytus corrige περιλαβὼν ει περιέλαβε. Tandem 54. 10. 14: Αἰσθανομένους δὲ τοὺς Ταυρίσκους μονοπαλεῖν ἐκβάλλοντας τοὺς συνεργαζομένους, corrige ἐκβαλόντας.

Adiungam exempla quaedam confusionis vocabulorum λείπειν et λιπεῖν. In 12. 10. 6: τῶν τοιούτων ἐπιλαβόμενος οὐδὲν ἀν παρέλειπε Τίμαιος, corrigo παρέλιπε, nam eo ducunt quae proxime sequuntur. Legitur 4. 85. 6: ἡξίου ἄγειν καλεῖν quidni restituemus quoque καταλείπειν πρ καταλιπεῖν; Neque fero 5. 71. 8: πᾶσαν προσέφερον βίᾳν οὐδένα παραλιπόντες καιρόν, ubi ipsa rei natura postulat παραλείποντες. Captis Syracusis, ut legimus 9. 10. 2, Romani decreverunt signa et cetera pretiosissima μετακομίζειν εἰς τὴν ἑαυτῶν πατρίδα καὶ μηδὲν ἀπολιπεῖν: quis non praeferet ἀπολείπειν; supra iam indicavi 1. 79. 5: pro ἐγκαταλείπουσῶν legendum esse ἐγκαταλιπουσῶν. Tandem 25. 5. a. 1. ubi Polybius improbat eos qui in incursionibus hostium τὰ δένδρα καὶ τὰ κατασκευάσματα διαφθείρουσι, μηδὲ μετακελεῖας καταλιπόντας τόπον, corrigam καταλείποντας. Ad-dam unicum exemplum quod me in Polybio observare memini, ubi ἄγειν et ἀγαγεῖν confusa sunt, nempe 2. 57. 7: τούτους εἰς τὰς ἴδιας οἰκίας εἰσαγόμενοι καὶ ποιησάμενοι σφίσιν ὁμεστίους, lege εἰσαγαγόμενοι. Saepre quoque Φυγεῖν et Φεύγειν permutata sunt. Sic 5. 14. 5 non probo ἐνέκλιναν καὶ ἐΦευγον, sed ἐΦυγον. Pari modo 11. 33. 6: συνέβη διασωθέντα Φυγεῖν εἰς τι χωρίον δχυρόν, lege Φεύγειν. Quoties ἔχειν ει σχεῖν confusa essent, difficile foret dictu. Laudabo, omissis iis locis quos supra iam indicavi, unicum tantum locum, nempe 31. 21. 3: Ἀπολλωνίου, τοῦ μεγάλην μὲν εὔκαιραν ἐχοντος παρὰ Σελεύκῳ, μετασάντος δὲ κατὰ τὴν Ἀγιόχου μετάληψιν τῆς ἀρχῆς εἰς Μίλητον, ubi nemo non corriget σχόντος. Τυχεῖν et τυγχάνειν in Codicibus confunduntur 5. 40. 2. Corrige igitur versiculum nescio cuius poëtae, qui legitur in vicinia loci quem modo laudavi:

Τόλμα τι, κινδύνευε, πρᾶττ', ἀποτύγχανε,
Ἐπίτυχε, πάντα μᾶλλον ἢ σαυτὸν πρόου.
immo ἐπιτύγχανε.

Non minus notatu dignae sunt corruptelae, quibus perfecta obnoxia sunt. Paucā quaedam supra iam altulimus, nunc persequemur reliqua. Menandri versus quidam olim legebatur sic :

Οὐδέτις ἐπιχειρεῖ τοῖς δυσυχηκόσι.

Meinekius emendans δεδυσυχηκόσι restituit quidem metrum, sed sententia absurda est. HIRSCHIGIUS feliciter correcxit :

οὐ δεῖ σ' ἐπιχαίρειν τοῖς δεδυσυχηκόσι.

Sicut autem apud Menandrum olim legebatur δυσυχηκόσι, sic apud Polybium 59. 2. 15 vitiose editur: τούτῳ τῷ τρόπῳ συνεῖχε τὴν ἔξουσταν, ἢ μόλις ἀν χρήσαιτο τύραννος ἐν εὐτυχούσῃ πόλει, καὶ ἐν δυσυχηκυίᾳ πατρίδι. Locus sanus videbitur sic restitutus καὶ ταῦτ' ἐν δεδυσυχηκυίᾳ πατρίδι. Miror REISKIUM non vidiisse quam necessaria sit hoc loco locutio καὶ ταῦτα. Ceterum δεδυσυχηκυίᾳ iam scripsit BEKKERUS; praemisi hanc emendationem ut fidem inveniret alia, quam postulare videtur 24. 9. a. 1 ubi Scipio legitur in nota re αὐτὸς αἴτιος γεγονέναι τοῦ κλεῖσθαι τὸ ταμεῖον: sic Maius; HEYSE in Codice videre sibi visus est κλείσθαι, sed, credo, quia non ferrebat barbaram formam. Scribe κεκλεῖσθαι τὸ ταμεῖον. His quidem locis nullum errandi periculum, nam barbaree formae statim ducunt ad id quod verum est. Itaque olim iam correctum est 9. 20. 1. Codicum γεωμετρικέναι et 17. 3. 4: βασιλευκότων. Florentinus Codex 2. 27. 6 pro περιπεπορεύσθαι habet περιπορεύεσθαι et 29. 8. 4. Bavanicus Codex similiter oberrat. Rescriptus Codex 5. 7. 2 habet ὀλιγωρῆσθαι, ceteri ὀλιγωρεῖσθαι. Vides igitur malum interdum latius serpere et reduplicatione abiecta quod supersit ita refungi ut praesens evadat. Iam inspice 22. 14. 4: δοκῶν ἀδίκως ὑπὸ τῶν Αἰτωλῶν ἀφαιρεῖσθαι τὴν Ἀθαμίαν, sed verum est ἀφηρῆσθαι, quod postquam abiit in ἀφαιρῆσθαι peperit vulgatam lectionem. Facilius etiam confundi potuerunt ἡττᾶσθαι et ἡττῆσθαι, sed vitium paullo difficilius arguitur. Sic 9. 10. 6 recte legitur ἡττώμενοι, sed 5. 12. 5. praefero ἡττημένοι. Non dissimilis

causa est quare 5. 65. 13. legatur: οἵτινες ἔτι Δημητρίῳ καὶ Ἀντιγόνῳ συσρατευόμενοι, ubi verum est συνεσρατευμένοι. De confusione perfecti et aoristi iam diximus: hic addo 22. 5. 9: πλείσαις μὲν καὶ πεζικαῖς καὶ ναυτικαῖς δυνάμεσι τῶν ἄλλων συμμάχων ὡγωνισάμεθα μεθ' ὑμῶν πρὸς Ἀντίοχον, πλείσας δὲ χορηγίας συμβεβλήμεθα πρὸς τὰς ὑμετέρας χρείας ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις καιροῖς, εἰς πάντας δὲ τοὺς κινδύνους δεδώκαμεν αὐτοὺς ἀπροφασίσας. Satin certum videtur corrigendum esse ὡγωνίσμεθα; Interdum eodem ducunt Codicum vestigia. Legitur 5. 67. 2: καθοπλισάμενοι περὶ ἑωθινὴν Φυλακὴν ἐπιτίθενται. Optimi Codices habent καθωπλισμένοι, quod manu dicit ad καθωπλισμένοι. Legitur ἐπισπάσθαι pro ἐπεσπάσθαι 9. 37. 8: οὓς ὑμεῖς δοκεῖτε μὲν ἐπισπάσθαι κατὰ Φιλίππου, λελήθατε δὲ κατὰ σφῶν αὐτῶν ἐπεσπασμένοι. Ultimum vocabulum arguit corruptelam. In 10. 50. 2 memoratam invenio χαράδραν εἰς ἣν πολλαὶ μὲν αὐτομάτως πέτραι κατενηγμέναι καὶ δένδρα δύσβατον ἐποίουν τὴν δι' αὐτῆς πορείαν πολλὰ δ' ὑπὸ τῶν βαρβάρων εἰς τοῦτο τὸ μέρος συνηργεῖτο. Continuo Polybius sic pergit: Καὶ γὰρ ἐκκοπὰς ἐπεποίηντο συνεχεῖς καὶ λίθων πλήθη συνηθροίκεσταν, unde appareat debere rescribi συνήργητο. Quantum periculum sit ne δεδομένος in διδόμενος abeat, hinc iam colligi potest. Exemplum praebebit 12. 5. 4: τὴν ὑπὸ Ἀριστέλους παραδιδομένην ἴσοριαν, verum Polybius hac significatione uti solet perfecto tempore et scripsit παραδεδομένην. Sic 15. 11. 12 habemus βεβαιῶσται τὴν διαδεδομένην περὶ αὐτῶν Φύμην. Legimus 12. 25. b. 2: κατ' ἀνάγκην δὲ γράφων πολιτεύεται καὶ πεῖραν ἔσχηκε τῶν ἐν τούτῳ τῷ μέρει συμβανόντων, τοῦ ἐσράτευκε, κεκινδύνευκε, cet. Unde patet id, de quo iam per se non dubitandum suisset, Polybium dedisse πεπολίτευται. Nunc video Ηενιόν illud ipsum emendate scriptum invenisse in Codice rescripto. Sic quoque 16. 14. 5 legitur καὶ πατρίδι πεπολίτευνται, ubi lege cum REISKIO κἀν. Eiusdem generis est 28. 11. 10: τοῦ γὰρ διαβουλίου προτεθέντος ὑπὲρ ἀν δέ Κέντων ἥτεῖτο σρατιωτῶν. Immo lege: ἥτητο. In 25. 2. 12 lege οὐδενὶ δυσαρεσήσασα περὶ τῶν φύκονομημένων, non οἰκονομουμένων, vide modo 23. 10. 5. Interdum confunduntur quoque perfectum et plusquam perfectum. Defungar duobus exemplis, 11. 17. 4: συλλογι-

σάμενος ὅτι προπέπτωκε καὶ διέφευσο τῆς ἔλης ἐλπίδος εἰ
52. 5. 4: τῶν Γαλατῶν αὐτοῦ κατηγορησάντων οὓς ἀπέσαλκε
Προυσίας. Corrige sodes προύπεπτώκει ετ ἀπεσάλκει. Hic nihil
impedit corrigere oraculum Alexandro Epiri regi datum:

Λιακίδη, προφύλαξο μολεῖν Ἀχερούσιον ὑδωρ

Πανδοσίην θ', ὅθι τοι θάνατος πεπρωμένος ἐσίν.

Barbarum est προφύλαξο, genuinum πεφύλαξο.

Recensemus nunc varias participiorum corruptelas apud Polybium. Ac primum invenitur interdum participium praesens pro futuro. Sic Hannibal Tarentinos iussit, ut 8. 52. 5, μένειν κατὰ χώραν, ὡς ὑπαρχούσης αὐτοῖς τῆς ἀσφαλείας. Suspicor legendum esse ὑπαρξούσης. Certius est 6. 15. 6: πρεσβείαν τινὰ ἡ διαλύσουσάν τινας, ἡ παρακαλέσουσαν, ἡ καὶ νὴ Δία ἐπιτάξουσαν ἡ παραληφομένην ἡ πόλεμον ἐπαγγελούσαν, ubi vitiose legitur ἐπαγγέλλουσαν. Hinc corrige absurdam lectionem in narratione de fuga Demetrii, 31. 21. 6: τοὺς γὰρ λοιποὺς ἀπεσάλκεσαν εἰς Ἀναγνείας, κατὰ τὴν ἐπιούσαν αὐτοὶ παρεπόμενοι: immo παρεψόμενοι. Ipsius Philippi iocantis dictum est 17. 1. 9. Φιλίππου δὲ ἀπολομένου κατὰ τὸ παρὸν οὐκ εἶναι τὸν βασιλεύοντα Μακεδόναν, immo βασιλεύσοντα. In ioculari narratione de Antiocho Epiphane 26. 10. 16, ὡς πάντας ἀνασάντας κυλίεσθαι λουσομένους τῷ μύρῳ, quis admonitus non corrigat λουσομένους; In 50. 17. 7: ἐπαπέσειλαν τὸν ταμίαν Φέροντα τὸ δόγμα καὶ κελεύοντα λέγειν πρὸς αὐτὸν, εἴ τι τυγχάνει τῆς συγκλήτου χρείαν ἔχων· εἰ δὲ μηδενὸς δεῖται παραγγελοῦντα ἀπαλλάττεσθαι. Immo κελεύσοντα, ut ostendit quod sequitur παραγγελοῦντα. Sed aliis quoque corruptelis participia obnoxia sunt. Sic 23. 9. 5: ποίαν ἡκε συμμαχίαν ἀνανεωσόμενος, cum REISKIO rescribe ἀνανεωσόμενος. Dormitantes lectores corruptelam vix prætervidere possunt 4. 44. 1: τοῦτ' ἔσι τὸ νῦν ὑφ' ἡμῶν εἰρημένον, quod sanum iudicabo, simulac constabit dicam et dixi apud Latinos interdum pro lubitu permutari. Corrige εἰρησόμενον. Cum Romani viderent Carthaginienses magnam partem Hispaniae subegisse 2. 13. 4: εύροντες σφᾶς ἐπικεκοιμημένους ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις καὶ προΐεμένους εἰς τὸ μεγάλην χεῖρα κατασκευάσασθαι Καρχηδονίους, ἀνατρέχειν ἐπειρῶντο. Immo προειμένους. Supra iam monui saepissime confundi τι-

θεσθαι et θέσθαι. Luculentum exemplum videbis 5. 61. 6 ubi pro ὑπεριθέμενος necessarium est ὑπερθέμενος. Contra 31. 1. 3 risum movet: παρεκάλουν ὑπὲρ τῆς συμμαχίας πολλοὺς καὶ ποικίλους διαθέμενοι λόγους. Quam certum sit διαθέμενοι habere perfecti notionem et requiri διατιθέμενοι, apparebit conferenti 31. 19. 2. E compendiorum usu repeto corruptelam 24. 3. 1: εἰσῆλθον οἱ παρ' Εὐμένους πρέσβεις κατηγορῆσαι, ubi malo κατηγορήσοντες et 24. 8: ἔγραψε τοῖς ἐπὶ τῶν πόλεων διατεταγμένοις ἀναζητῆσαι τοὺς νιὸν καὶ τὰς θυγατέρας τῶν ὑπὸ αὐτοῦ Μακεδόνων ἀνηρημένων εἰς Φιλακὴν ἀποθέσθαι, ubi legami ἀναζητήσασι, sive quod propius ad Polybianum usum accedere videtur ἀναζητήσαντας. Non dissimile vitium est 10. 27. 5: ἦν δὲ βασιλειον ἔξαρχῆς Μήδων, πλούτῳ δὲ καὶ τῇ τῆς κατασκευῆς πολυτελείᾳ μέγα τι παρὰ τὰς ἄλλας δοκεῖ διενηνοχέναι πόλεις, ubi require δοκοῦν. Sed quis nescit librarios titubasse in vocabulorum terminationibus? Adducam tamen pauca quaedam exempla. In 6. 22. 5 ubi Polybius agit de militia Romana de militibus legitur προσεπικοσμεῖται ἐπιτίθεται. Qui locum inspiciet, statim reperiet veram lectionem προσεπικοσμοῦνται ἐπιτίθενται. In dissertatione de arte imperatoria 9. 14. 12: ὁ μὲν γὰρ ὑπεράρχας τὸν ὀρισμένον καιρὸν αὐτῆς ἀποτυγχάνει τῆς ἐλπίδος, ὁ δὲ προειρημένος προλαβὼν τὸν καιρὸν κτέ, ni fallor, omnia sic demum recte procedent, si legis: προειρημένον. Eodem modo 1. 45. 15: Οἱ σρατηγὸς θεωρῶν μὲν πολλοὺς ἀποθνήσκοντας, οὐ δὲ ἔνεκα ταῦτ' ἐπραττεν οὐ δυναμένους κρατῆσαι τῶν ἔργων. Emendo δυνάμενος. Persuasum mihi est male scribi in Codice rescripto 12. 28. a. 4: τῶν παρατετυχηκότων τοῖς κιγδύνοις. Polybius constanter utilit forma παρατετευχότων, hoc unico loco excepto, qui ad ceterorum normam refingendus videtur. Addam tres locos apud Latinos, ubi participium perfectum locum occupavit participii futuri. Apud CICERONEM in Verr. Act. II. 1. § 51: cur ea, quamdiu alium praetorem cum iis iudicibus, quos in horum locum subsortitus eras, dete in consilium iturum putasti, tamdiu domi fuerunt? corrige cum Hotomanno subsortiturus. Ibidem § 88: idcirco te ex hoc crimine elapsum esse arbitrabere? Recte Halmius edidit arbitrabare, sed non minus necessarium est elapsurum. Apud Li-

vium codem modo erratur 45. 1: pro se quisque credere, Carnis forsitan aut Istris bellum *illatum*, immo *illaturum*.

Formae activa et media permutantur 7. 16. 5: ἀλλους ἐπελέξαντο τριάκοντα, nam hac significatione perpetua est activa forma: ἐπέλεξαν. Eiusdemmodi vitium corrigit 6. 52. 11: σπουδῆς ἦν ποιεῖται, nam quid attinet exemplis probare non nisi ποιεῖται ferri posse?

Aliquoties observabis confusa esse ἔστι et ἔσται. Quod legitur 16. 27. 3: πράξαντι ταῦτα τὴν εἰρήνην ἀγειν ἔξεστι, legendum est ἔξεσται, vide modo 16. 54. 4. Quodsi recte dicitur *hoc brevi sit*, corrupte quoque legimus 11. 6. 1: τοῦτο δ' ἔστιν ἐν δλίγῳ et requiro ἔσται. Contra constantem morem legitur 12. 26. f. 3: δῆλον δ' ἔστι τὸ λεγόμενον ἐκ τούτων: verum est ἔσται. Ipse interpres in versione imprudens, opinor, expressit id quod postulatur: Rem ex sequentibus *confirmabo*. Pariter 9. 26. 1: ἐκ τῶν λέγεσθαι μελλόντων ἔστι Φανερόν ob eandem causam commendo ἔσται.

Αναδύειν activum est; significatione neutra dicitur ἀναδύειν. Corrigit igitur vitiosum ἀναδύειν, 12. 4. d. 6.

Enumeravimus supra complures locos, ubi infinitivi male habiti sunt. Nunc persequemur quae huius generis reliqua sunt. Primum laudabo 50. 20. 4: πρὶν οὐ τὸν βαλανίτην τὸ μὲν ὑπάρχον ὕδωρ ἀφιέναι, ἔτερον δὲ καθαρὸν ἐγχέαι, immo ἀφεῖναι. Contra 5. 75. 8: συνεβούλευε μὴ παρεῖναι τὸν καιρὸν ἀλλὰ πράσσειν, malo παριέναι et suspicor verum esse τι πράσσειν, cf. 3. 70. 10. Lego 18. 34. 2: Δεύτερον δ' οὐξιού μηδὲν αὐτοὺς πολυπραγμονεῖν καθόλου τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν· οὐδὲ γὰρ αὐτὸς περιεργάζεται τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἀπλῶς οὐδέν. Invito SCHWEIGHAUSERO corrigi debet περιεργάζεσθαι. Quod si probabitur nullum dubium erit 15. 5. 2: τοῖς μὲν παροῦσιν ἀπεκρίθη τάλλα σκοπεῖν, περὶ δὲ τούτου ράφυμεῖν· διαλήψεται γὰρ τὸν καιρὸν αὐτός, quin Polybius dederit διαλήψεσθαι. Ad emendandum 27. 17. 2: ἐντειλάμενος λέγειν τῇ συγκλήτῳ καὶ διαμαρτύρασθαι, confer 28. 1. 6. et mecum corriges διαμαρτύρεσθαι. Scio quidem inter infinitivum praesentis et aoristi temporis interdum difficile distingui, sed subinde appareat quid necessarium sit. Sic 50. 9. 5: "Οὐ εἴ-

τις ἥρετο, τί βούλεται, πέπεισμαι μὴ δυνατὸν ἔχειν εἰπεῖν suspicor nil ferri posse nisi σχεῖν. Multo rarius aoristus in perfectum abiit. Exemplum habes 4. 61. 4: εἰς τὸ σῆναι καὶ προνοηθῆναι τε καὶ παρεσκευάσθαι πρὸς τὸ μέλλον, lege παρασκευάσασθαι. Frequentius erratur sicuti 2. 7. 11; ῥαδίως δυνάμενος πανταχῇ περιαγαγεῖν καὶ μεθισάναι, immo περιάγειν. Vitoise quoque, ni fallor, 8. 21. 5: τοῦτο δὲ ἡγνόει, τὸ δὴ λεγόμενον, πρὸς Κρῆτα κρητίζων. Arridet κρητίζειν.

Imperativi male habitu sunt 22. 26 in foedere Romanorum cum Antiocho. Septima paragrapho ὑποδεχέσθωσαν Livius 58. 58. vertit *recipilo*, unde corrige id quod contextus iam per se solus docet: ὑποδεχέσθω. Pariter § 8. pro ἀποκαθισάτωσαν singulari numero repone ἀποκαθισάτω. Tum § 17. ἔσαι πράξιμον apud Livium est: exactio *esto*; itaque emenda ἔσω. Denique § 23. ἀποδότωσαν legendum est ἀποδότω. De πλείτωσαν § 14. subdubito. Livius habet *navigato*. His addam locos quodam corruptos apud CICERONEM et LIVIUM. In *Verr. Act. II. 5.* § 69: Qui damnatus erit virgis ad necem *caedetur*, coniicio *caeditor*, nam imperativus aut numquam aut hic necessarius est. In Oratione pro lege Manilia § 58: Mea quidem sententia unus A. GABINIUS comes Cn. POMPEIO *adscribitur*: immo vero *adscriptor*. Apud LIVIUM simili modo erratum est 8. 23: Nostra certamina, Romani, non verba legatorum nec hominum quisquam *disceptator* sed campus Campanus decernet. Coniicio: *disceptato*, quod si verum videbitur, suspicio orietur illud *decernet* suisce additum, postquam locus labem contraxit.

Huic capiti finem imponam variis quibusdam corruptelis indicandis. Quod supra vidimus confundi πεσεῖσθαι et πεπεῖσθαι facit ut minus dubitem de vera lectione 1. 69. 8: προσαναστεισθέντες οἱ πολλῷ τοῖς τοιούτοις λόγοις, immo προσαναπεισθέντες. In 2. 60. 2: ἔπαινος καὶ τιμὴ συνεξηκολούθει παρὰ τοῖς ὅρθῶς λογιζομένοις qui locum accurate perpendit quid sibi velit, mecum praeferet συνεξακολουθεῖ. Quum in conacione militum Hannibal introduceret regulos quosdam Gallorum non ipse δι' ἐρμηνέως τὰ δεδογμένα διεσάφει, 3. 44. 5, sed reguli, opinor, qui ad id ipsum producebantur, διεσάφουν.

Non dissimile vitium memini me observare in Livio 8. 23 sed in eodem morbo alia tamen medicina opus est. Legitur ibi: Quum Romanus legatus ad disceptandum eos ad communes socios atque amicos vocaret, Quid perplexe agimus? *inquit*. Supra de Samnitibus sermo fuit, neque tamen quisquam solus nominatus est, unde fit ut *inquit* singulari numero ferri non possit. Sed repeate e praecedenti vocabulo quattuor postremas litteras et lege: *unus inquit*. Improbo 5. 10. 10: ἦνα μὲν συγγενῆς Ἀλεξάνδρου Φαίνηται, μεγάλην ἐποιεῖτο σπουδὴν et requiro φαίνοιτο. Non satis diligens duorum locorum comparatio obfuit Polybio 9. 36. 5. Rectissime editur 11. 4. 9: 'Ρυθήσεται τὸ δοκοῦν μετὰ παρρησίας, ὑμεῖς δ' ἀν εὗ Φρονῆτε μεθ' ἡσυχίας ἀνέξεσθε. Sed altero loco quem modo laudavi: Τί οὖν ἔχρην ποιεῖν ὑμᾶς; Ἐρῶ γὰρ τὸ Φαινόμενον, ἀνδρες. Τμεῖς δ' ἀνέξεσθε. Ferendum quidem hoc est nec pignore contendam Polybium aliter scripsisse, sed malo tamen, quod est multo simplicius ἀνέχεσθε. Paullo infra 9. 36. 9: πότερα δεινότερον ἀν ποιήσετε, quantocytus corrige ποιήσαιτε. Sequitur 15. 6. 7: λοιπόν ἐσιν εἴπως δυνάμεθα παραιτησάμενοι τοὺς θεοὺς διαλύσασθαι τὴν ἐνεσῶσαν Φιλοτιμίαν. Lego: δυναίμεθα. Hic locus correctus eam gratiam nobis referet ut eius ope corrigamus alium. Quod 38. 2. 2 legitur παρασημάμενοι καὶ διδάξοντες τὴν σύγκλητον necessario mutandum est in παραιτησάμενοι. Itidem optativus perplacet 16. 24. 3: οὐδὲ ἡγνόει τὰς ἔξαποσελλομένας καθ' αὐτοῦ πρεσβείας εἰς Ρώμην, διόπερ πέρας ἔχει τὰ κατὰ τὴν Λιβύην, ubi malo ἔχοι. Facilius tamen lectoribus persuadebo 18. 5. 8 verba militis cuiusdam ad Philippum in pugna apud Cynoscephalas non legenda esse: μὴ παρῆς τὸν καιρὸν, οὐ μένουσιν ὑμᾶς οἱ βάρβαροι, sed μενοῦσιν. Refert Polybius 29. 6. c. 2. Demetrii Phalerei fragmentum quod hodie sic editur: Εἰ γὰρ λάβοις μὴ χρόνον ἅπειρον μηδὲ γενεὰς πολλὰς, ἀλλὰ πεντήκοντα μόνον ἔτη ταυτὶ τὰ πρὸ ὑμῶν, γνοίης ὡς τὸ τῆς τύχης χαλεπὸν ἐνταῦθα πεντηκοσῷ γὰρ ἔτει οὔεσθ' ἀν ἦ Πέρσας κτέ. Primum supra iam correxi σΦαλερὸν pro χαλεπόν: deinde deleta velim interpolata verba τὰ πρὸ ὑμῶν. Quis ferret apud Demosthenem noto loco post τρίτον ἔτος ταυτὶ aliquid explicationis gratia additum? Gravius vero vitium λάβοις et γνοίης euni

plurali οἵεσθε inepte coniungi. Debetur utrumque vocabulum Vaticano fragmento Diodori, apud Polybium in Vaticano Codice editio Romana testatur legi λάβοι τις et γνοῖητ' ἄν, unde iam extuderam λάβοιτε et γνοῖητ' ἄν, antequam cognoveram Ηεγείου revera sic invenisse in manuscripto. Efficio inde Demetrium haec verba in oratione quadam posuisse. Videamus ultimo loco de 38. 1. a. 2: δοκοῦντος γοῦν μεγίσου πάθους γεγονέναι τοῦ περὶ τοὺς Καρχηδονίους, οὐκ ἔλαττον ἄν τις θήσαιτο, κατὰ δὲ τι μεῖζον τὸ περὶ τὴν Ἑλλὰδα τότε συμβάν. Scio quidem Polybium interdum uti formis parum Atticis et collegi earum sat magnum numerum, quarum tamen haud exigua pars librariis debetur, ut collatio Codicis Vaticani docet, sicut initio huius disputationis me dicere memini. Numquam tamen apud Nostrum legitur ἡσαι pro εἶναι aut θῆσαισθαι pro θέσθαι. Unicum exemplum cuius memini est 18. 30. 6 ubi olim legebatur αὐτονόμους ἀφῆσαι, nunc diu correctum est ἀφίεσαι. Neque θῆσαιτο genuinum est. Polybium in hoc verbo usurpasse formas bene Atticas supra iam apparere potuit, cum διάθοιτο alicubi corrigeremus pro διάγοιτο, sub qua corruptela sincera forma tuto latuerat. Verbo absolvam: legendum est ἡγῆσαιτο.

CAPUT OCTAVUM.

Venio nunc ad eos locos, in quibus terminationes olim per compendia scriptae male expletae sunt. Primo loco exempla dabo errorum in declinationibus inde ortorum. Huius generis satis manifestum est 1. 65. 2: ὁ πρὸς τοὺς Φαλίσκους καλούμένους πόλεμος, ubi lege καλούμενος. Docebit hoc Polybii usus, quem vide 1. 70. 7 et praeterea accedit auctoritas Augustani Codicis, qui emendate καλούμενος exhibet. Hinc rectissime BEKKERUS 22. 2. 3 ubi Polybius refert Eumenis orationem: Ἐκείνους γὰρ παρεῖναι μὲν οὐδὲν ἤπερ τοῦ τῆς σφετέρας πατρίδος συμφέροντος σπουδάζοντας ἥπερ αὐτὸς ὑπὲρ τῆς ἴδιας ἀρχῆς φιλοτιμεῖσθαι κατὰ τὸ παρόν, scripsit αὐτὸς pro vulgato αὐτούς, et eiusdem corruptelae superiori capite iam aliud exemplum vidimus. Facit hoc ut meminerim eorum quae leguntur 4. 38. 12: βουλόμεθα δὲ πάντας εἰδέναι

τὰ τοιαῦτα, καὶ μάλιστα μὲν αὐτόπτας γενέσθαι τῶν ἔχοντων παρηλλαγμένον τι τόπων, ubi rescribe πάντες εἰ αὐτόπτας, nam quae nunc leguntur videntur quidem praebere commodum sensum, sed multo aptius est et convenientius iis quae praecedunt et quae proxime sequuntur id quod dixi. Articulus imprimis saepe male habitus est. Verbi causa 37. 1. a. 2: ἔνιοι μὲν γὰρ συγκατήγονοι τοῖς Ῥωμαίοις Φάσκοντες αὐτοὺς Φρονίμως καὶ πραγματικῶς βουλεῦσαν περὶ τὰς δυναστίας, emendo τῆς δυναστίας, quod BEKKERO quoque in mentem venit. In 20. 6. 2: ἔξεκοπτον ἀεὶ τὴν δικαιοδοσίαν, arridet τὰς δικαιοδοσίας, cf. 4. 16. 4, nam hoc non trahendum est 25. 2. 2. Soloecum est 25. 2. 4: σπουδάζοντες περὶ τοῦ καταπορευθῆναι pro τῷ, ut est 32. 10. 6. In 6. 26. 1: ἀπέλυσαν τοὺς ἄνδρας εἰς τὴν οἰκείαν, si Polybius solito Graecorum more dixit, dixit εἰς τὰς οἰκίας· certe vulgata non significat quod contextus postulat: unumquemque domum remittens. Pariter 3. 99. 4 εἰς τὴν οἰκείαν ἀπηλλάγη, lege οἰκίαν. Certum est 2. 56. 15 ferri non posse προεδρείας pro προεδρίας. In 29. 2. 4: ὁμήρους, ὡς ἀν δοκῇ Πανταύχῳ, fidenter corrige οὗτος, quia mox sequitur καὶ παρ’ αὐτοῦ λαβεῖν, οὓς ἀν ἀποφήνῃ Γένθιος. Contra 14. 1. 9: τὰ δὲ μεταξύ τούτων ἔχειν ἀμφοτέρους ὅν τότε κατεῖχον, malo ὡς. Articulus et pronomen τις confunduntur 10. 2. 12. Quod de Africano legimus μετὰ τῆς θείας ἐπιπνοίας ποιούμενος τὰς ἐπιβολὰς, conferendum est cum 10. 5. 7: μετὰ τινος ἐδόκει θείας ἐπιπνοίας αὐτὸν πράττειν. 29. 6. c. 4 de Demetrio legimus satis magnifice θείω τινὶ σδματι πεφοίβακεν· fragm. gramm. n. 57: θείας ἐπιπνοίας τινὸς ἐπεπλήρωντο, unde vides supra quoque legi debere τινὸς pro τῆς. Contra 17. 13. 5: μετατιθέντας τὰς αὐτῶν πατρίδας ἀπό τινων ὑποκειμένων πρὸς ἐτέρας Φιλίας. Frequens usus monstrabit verum esse ἀπὸ τῶν ὑποκ. cf. 8. 25. a; 9. 9. 8; 9. 37. 2 cet. Iisdem fere corruptelis obnoxia sunt pronomina οὗτος et αὐτός. Sic 16. 8. 7: ἐπειράτῳ κατὰ πάντα τρόπον ἐπικρύπτεσθαι τὴν αὐτοῦ διάληψιν, καίπερ οὐκ ἐώντων αὐτῶν τῶν πραγμάτων, immo αὐτόν. Tum 10. 17. 14: παραπλησίως δὲ καὶ τούτοις ἐπιγγείλατο τὴν ἐλευθερίαν παρασχομένοις τὴν αὐτῶν εὔνοιαν, lege αὐτήν. Denique 6. 33. 4: σπουδάζουσι περὶ ταύτης rectius est ταύτην. In vicinia 6. 39. 4 legitur: τῷ μὲν τρώσαντι πο-

λέμιον γαῖσον δωρεῖται, τῷ δὲ καταβαλόντι καὶ σκυλεύσαντι, τῷ μὲν πεζῷ, Φιάλην, τῷ δὲ ἵππεῖ, Φάλαρα. Tum Polybius sic pergit: Τυγχάνει δὲ τούτων, οὐκ ἔαν ἐν παρατάξει τις ἡ πόλεως καταλήψει τρώσῃ τινὰς καὶ σκυλεύσῃ τῶν πολεμίων. Quis non dabit legendum esse τινά? Non uno loco librarii scripserunt ἄλλων pro ἀλλήλων. Sic Casaubonus, si bene memini, iam correxit 4. 53. 5: ἐσασίσταν πρὸς ἄλλήλους, pro eo quod etiamnum editur τὸν ἄλλους. Vide contrarium errorēm 15. 21. 7: ὅταν τις χρησάμενος τῷ πρὸς χάριν λόγῳ προτείνῃ τὴν ἐλπίδα τῆς ἐξ ἀλλήλων ἐπανορθώσεως, πρόσεισι πρὸς τὸ δέλεαρ ἀνεπισάτως, immo ἄλλων. Neque sanum iudico 3. 65. 4, etsi non ignoro ea quae ad defendendam vulgatam afferri possunt: ἂμα δὲ τῷ πλησιάζειν αὔτοῖς, ubi expecto ἄλλήλοις, vide modo quae praecedunt: σπεύδοντες κατοπτεῦσαι τὰς ἄλλήλων δυνάμεις.

Ex eodem scripturae genere repeto perpetuam confusionem vocabulorum *ποῦ* et *ποῖ*, *οὗ* et *οἶ*, quam Polybio ipsi tribuere iniquum foret. Si Graece recte dicitur *σώζεσθαι* εἰς τὴν Ἐλλάδα, quod iam pueri ex Anabasi didicimus, recte dici non potest 16. 30. 7: *σώζεσθαι* οὐ ποτ' ἀν ἔκαστος προαιρῆται sed verum est οἶ. Neque fero 16. 36. 6: *ποῦ* πορεύεται οὐδεὶς ἥδει pro *ποῖ*. Non minus *ποῦ* ridiculum est 3. 48. 2, ubi de Hannibale suscepturo expeditionem in Italiam nonnulli secundum Polybium perverse contenderant: οὔτε *ποῦ* πορεύεται τὸ παράπαν οὔτε πρὸς τίνας ἐγίνωσκε, cf. 4. 69. 5. In 15. 10. 3: ἔαν ὡς ἄλλως ἐνβῆ τὰ κατὰ τὸν κίνδυνον, malim ἄλλως πως, ut est 13. 11. 5. Adverbium *πως* in Codicibus noto quodam compendio exaratum fuisse docere videtur 6. 44. 8: εἰκῇ *πως* ἀλόγως ἐνίοτε σφάλλεται, ubi probo εἰκῇ καὶ ἀλόγως, nam sic solet, cf. 6. 56. 12. Utitur formulis εἰκῇ καὶ ἀκρίτως, εἰκῇ καὶ Φύρδην, cet., sed semper ea ratione quam vides.

Adverbia *πάλαι* et *πάνυ* confunduntur 1. 35. 4: τὸ παρ' Εὐριπίδῃ *πάλαι*: καλῶς εἰρῆσθαι δοκοῦν, immo *πάνυ*. Non fero 1. 22. 7: ταῖς σιτοποικαῖς μηχανήσεσιν. Qui reputat solemnem esse confusionem vocabulorum in *μα* et in *σις* exeuntium, mecum rescribet τοῖς σιτοποικοῖς μηχανήμασιν. In 9. 26. 9 valde miror viros doctos nondum invenisse quid verum sit: ἀρπαγὴ χρημάτων καὶ Φόνος καὶ βίαιοι

προφάστεις ἐγίγνοντο, contra veterum morem dictum est, qui in talibus solebant ἀρπαγαὶ dicere. Et sic Polybius quoque v. c. 6. 8. 5: γυναικῶν ὕβρεις καὶ παῖδων ἀρπαγαὶ, 10. 15. 8: ὕρμησαν πρὸς τὰς ἀρπαγὰς, 4, 9 10 cet.

Imprimis notatu dignae sunt confusiones quas adiectivorum terminationes perpetuo patiuntur. Sic 9. 24. 7 τὸ τόλμημα καὶ πρακτικὸν τῆς ἔννοίας de more dictum erit si reposueris τολμηρόν. Saepe turbatas esse terminationes adiectivorum in -ικός desinentium, nemo nescit. Vix a Polybio profectum est 28. 14. 8: περὶ σιτικῆς ἔξαγωγῆς, quod sine exemplo dictum est et mutandum videtur in σιτου. Non assentior REISKIO qui ferri posse putat 23. 10. 6: ἥσαν δὲ περὶ τῶν Φυγαδικῶν τοῖς Μεσσηνίοις ἀντιρρήσεις τινὲς πρὸς ἀλλήλους, ubi corrigo Φυγάδων, ut 23. 11. 2 et 7; 24. 4. 2 et 25. 2. 2. Miror quoque 32. 15. 3: Τῶν γὰρ ἐν Μακεδονίᾳ βασιλικῶν μεγίστην ποιουμένων σπουδὴν περὶ τὰς κυνηγεσίας pro βασιλέων. Huc refer quoque confusionem comparativorum et superlativorum v. c. 4. 53. 7: τῶν δὲ Γορτυνίων οἱ μὲν πρεσβύτατοι . . . οἱ δὲ νεώτεροι. Altera factio erat seniorum, opinor, unde restitue πρεσβύτεροι. Itidem 3. 57. 8: τὸ μὲν δλοσχερέστατον καὶ βαθύτερον. nunc recte restitutum est τὸ δλοσχερέστερον. Corrige cum REISKIO 8. 2. 7: ἐναργέστατον δὲ ἔσαι καὶ τοῖς καιροῖς ἔγγισον, pro ἐναργέστερον. Minus recte VALENTIUS 14. 12. 5: Διόπερ ὑπέδραμεν, οὕτω κάμοι τῷ γράφοντι ῥαδίαν ἔτεσθαι καὶ τοῖς ἀναγινώσκουσιν εύμαθεσέραν τὴν διήγησιν, reposuit ῥαδιοτέραν, nam Polybius utitur forma ῥαδιεστέραν, cf. 11. 1. 1 et 16. 20. 4. Venit quoque in mentem num forte 28. 19. 4: πρεσβυτέρου pro πρεσβύτου esset legendum, sed ante tamen examinanda erit SCHWEIGHAEUSERI adnotatio, de qua quid dicam nondum habeo. Minus dubitationis habet 30. 14. 8: ἐπὶ τοσοῦτον δὲ προετῶς αὐτῶν ἀσεβέστερος καὶ παρανομώτατος ὑπῆρχε τῶν ἄλλων, ubi corrige παρανομώτερος. Grandus comparationis scribi solitos fuisse per compendia et notum est et luculenter patet e 12. 13. 1, ubi pro ἀναισχυτογράφων olim legebatur ἀναισχυντότερα γράφων. Καλὸς et κάλλισος confusa videbis 39. 2. 9: Καλὸν γὰρ ἐντάφιον εἶναι τοῖς εὖ Φρονοῦσι τὴν πατρίδα, imo κάλλισον, confer 39. 3. a. 2, ubi eadem verba emendate scripta iterantur, et 15. 10. 3. Haud

raro quoque adiectiva in -αῖος ab librariis oblitterata sunt. Hinc 25. 18. 2: ταύτην διεφύλαξε τὴν ὑπεροχὴν μέχρι τῆς τελευταίας per palaeographicas rationes non damnabitur REISKII conjectura τελευτῆς, sed supplendum esse ἡμέρας tum Suidas docebit, qui locum exscripsit, tum simillimus locus 22. 5. 5. Confusionem pronominum ὑμεῖς et ἡμεῖς videbis 9. 30. 6. Legatus Aetolorum in concione Lacedaemoniorum de Achaeis verba faciens, magnam, inquit, diis habebunt gratiam, ἐὰν δύνωνται τὴν ίδιαν τηρεῖν, ἐπειδὴν αὐτοῖς ὁ πόλεμος ὑπ' Ἡλείων καὶ Μεσσηνίων διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς συμμαχίαν, ἅμα δὲ τούτοις ὑφ' ἡμῶν περισσαθῇ, immo ὑμῶν. Porro 9. 32. 8 in oratione Acarnanum ad eosdem: πεπείσμεθα νῦν ἡμεῖς ἀνασκευάσειν δρκους, si locum bene intelligo rescribendum est ὑμᾶς. Et saepius sic erratum est in Codicibus, sed horum errorum magna pars iam procurata est. In 5. 48. 8 de fabularum scriptoribus: Καὶ γὰρ ἔκεινοις πᾶσιν αἱ κατασροφαὶ τῶν δραμάτων προσδέονται θεοῦ καὶ μηχανῆς, paullo rectius videtur πᾶσαι, quam lectionem expressam quoque videbis in versione Casauboni.

In excerptis Polybii 23. 4. 1 leve vitium obiter corrigere quod librariis tribuere malo quam excerptori, nempe πρεσβειῶν pro πρέσβεων. In 32. 6. 1 pro Μηνόχαριν restitue Μηνοχάρην, ut est 32. 4. 1. Sed finem faciam corrigendo alium locum ubi vitium latius serpsit. In Codicibus modo exaratur Ἀννίβα, modo Ἀννίβου, Ἀσδρούβα et Ἀσδρούβου et sic in ceteris. Iam legitur 1. 44. 1 in historia primi Punici belli Ἀννίβαν ὃς ἦν Ἀμίλχου μὲν οἰδε, τριήραρχος δὲ καὶ φίλος Ἀτάρβου πρῶτος. Quis non miratur illud φίλος πρῶτος? Nisi omnia me fallunt scriptum fuit in antiquo Codice Ατάρβου, quo indicabatur et Ἀτάρβου et Ἀτάρβα utrumque ferri posse. Qui Codicem descripsit per illud et indicari putavit πρῶτος, atque hinc corruptela. Ceterum confunduntur ou et α 1. 75. 5; 5. 55. 2, alibi.

CAPUT NONUM.

Restant aliquot loci diversi generis, qui praecedentibus capitibus non potuerunt apte comprehendendi. His destinavi ultimum locum, deinceps dicturus de singulis secundum ordinem in-

sius operis. Primum tamen exemplis quibusdam demonstrabo post tot tantasque virorum doctorum curas, quod credere vix posses, etiamnum subinde errari in accentibus. Sic 51. 21. 13 primus ΒΕΚΚΕΡΟΣ πράττε scripsit pro πράττε. Idem tamen nobilem Epicharmi locum edidit sic ut scriberet: νῆφε καὶ μέμνησ' ἀπισεῖν, ubi quis Doricas formas non statim restituat? Etiam in recensione ΗΕΥΣΙΑΝΑ 30. 15. 4: μεγαλομέρη legitur pro μεγαλομερῇ. Videndum quoque an secundum grammaticorum praecepta scribendum sit 34. 2. 14: κητώδων, non κητωδᾶν et τριήρων non τριηρῶν 15. 18. 3. Adiungam 25. 9. b. 6: πότερα τοῦτον ὡς τάχισά τις ἀν ἰδεῖν βουληθείη, η τούναντίου ὡς βραδύτατα; δοκῶμεν γὰρ ὡς βραδύτατα. Immo δοκῶ μὲν verum est. Sed persequamur reliqua.

Certissima emendatione subveniri potest iis quae nunc male habita leguntur 4. 9. 10: ἀνέξευξαν πέμποντες τὰς λείας καὶ προῆγον ὡς ἐπὶ τὴν Ἡλείαν. Polybius e constanti more vocabulo λεία singulari numero utitur, tum in Vaticano Codice antiquissimo non legitur τὰς λείας sed τῆς λείας. Aliquanto rectius est γέμοντες τῆς λείας. Sic 4. 65. 2: γέμοντος τοῦ σρατοπέδου πάντων τῶν ἐπιτηδείων, ubi olim absurde legebatur γενόμενος. Habetus 5. 8. 8: γέμοντες ὠφελείας· 14. 10. 2: καταγέμειν τῆς λείας.

Obiter corrige quod Syncellus habet, quod resertur in Polybii reliquiis 6. 2. 1: συνωδῆ τούτῳ Πολύβιος. L. συνάδει. Verbum συνωδᾶν nemo novit.

Nimum est quod de Hierone legitur 7. 8. 2: οὐκ ἀποκτείνας, οὐ Φυγαδεύσας, οὐ λυπήσας οὐδένα τῶν πολιτῶν. Suspicor fere Polybium dedisse συλήσας, nam ut apud Xenophonem est Hier. 4. 11: solent οἱ τύραννοι πλεῖστα συλλαν ἀδίκως καὶ ἵερὰ καὶ ἀνθρώπους. Eodem modo apud Platonem in Gorgia 486. C. usurpatum videbis περισυλλασθαι.

In 8. 9. 11: βουλόμενοι μὴ ποιεῖν ἀπρακτον τὸν χρόνον, correxerim: παραλείπειν ut est 9. 19. 3.

In 10. 12. 5. τῶν δὲ λοιπῶν τὸν εὑρωσοτάτους κατεσκευάκως τοῖς ὑπάρχουσιν ὅπλοις, malim πολιτῶν. Tum demum bene dictum erit in sequentibus: τοῖς δὲ λοιποῖς παρήγγειλε βοηθεῖν κατὰ δύναμιν.

Satis mire legitur 12. 25. b. 2: οὐκ ἐντίκτουσιν ἀληθίνους

ζήλους τοῖς ἀκούουσιν οἱ μὴ δί' αὐτῶν πεπραγμένοι τῶν πραγμάτων, et eodem modo § 4: τοῖς δί' αὐτῶν πεπραγμένοις τῶν πραγμάτων. Qui confert 12. 25. h. 1: τὸν μὴ πεπειρημένον (lege πεπειραμένον) τῶν τοιούτων πράξεων, sine dubitatione reponet πεπειραμένοι εἰ πεπειραμένοις, sed omnis ἐνάργεια aberit, donec inspexeris collationem Heysianam, ubi non videbis id, quod Maius sibi in Codice invenire visus erat, sed πεπορευμένος et πεπορευμένοις, unde proxime abest id quod verum est. cf. 3. 58. 2.

Quod legitur 12. 28. 12: οὐδένα τῶν ζώντων ὑπέλαβε τοῦτο παρατηρήσειν, recte dictum esset, nisi adversaretur consuetudo scriptoris, qui οὐδένα τῶν ὄντων dare solet: cf. 14. 5. 14.

Quod legimus 21. 2. 10: Ἐτι δὲ πρότερον καὶ Φιλανθρωπότερον διμιλήσαντος τοῦ Ποπλίου, ab historia nihil habet quod possit reprehendi, nam legati Publum Scipionem convenire solebant, antequam adirent fratrem consulem, cf. Liv. 37. cap. 6. 7. 54. 45. Praefero tamen quod GRONOVIA excoxitavit πρότερον, nam quid sit ἔτι πρότερον, nemo dicat. Accedit quod Polybius vocabula πρᾶος et Φιλάνθρωπος iungere solet, cf. 18. 20. 7; 28. 3. 3 et 1. 72. 3.

In 26. 2. 13: τὴν χώραν καταφθεῖραι πᾶσαν ἀδίκως repone quod solemne est ἀδεῶς.

Absurdum est 32. 7. 14: τοὺς μὲν γὰρ πλείους σχεδὸν ἀπαντας ὁ χρόνος ἡδη κατηναλώκει. Restitue: σχεδὸν γὰρ ἀπαντας, εἰ δὲ μὴ γε τοὺς πλείους, cf. 9. 1. 5 et 28. 9. 6. Sic quoque legitur in excerptis Vaticanis 12. 4. b. 3, quod nollem GEELIUS mutasset.

Inauditum est vocabulum in his, 37. 1. c. 2: τοῦτο δὲ μοναρχικῆς πραγματοποιίας οἰκεῖον εἶναι μᾶλλον ἢ πολιτικῆς καὶ Ἀρματικῆς αἵρεσις· neque novi πραγματοποιεῖν, sed requiritur id quod dicitur πραγματοκοπεῖν, ut 28. 9. 10. Opportune 38. 5. 8 de Critolao legimus eum ἀναλαβεῖν μοναρχικὴν ἔξουσίαν, et coepisse πραγματοκοπεῖν. Sic habemus Ἑλληνοκοπεῖν, χρεωκοπεῖν et χρεωκοπία, fragmt. hist. 68. Suspicer igitur verum esse πραγματοκοπίας.

De Prusia 37. 2. 6. memoratur ὅτι Σαρδαναπάλου βάρβαρον βίον ἔζη καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ. Sardanapali mores melius referet adiectivum ἀβρόν.

Pauca quaedam addam de fragmentis. Fragmentum historicum 46. de Philopoemene desumtum est ex eo Polybii loco, quem Livius 35. 28 in opus suum transtulit. Pertinet igitur ad librum vigesimum. Fragmentum grammaticum 53. Livius referre videtur 41. 2, qui liber convenit fere cum Polybianeo vigesimo sexto. Eodem pertinet Ennii versus e duodecimo Annalium, vs. 367. 369. Vahl. Fidem superat fragmentum grammaticum 72, quod e conjectura ad Polybium relatum est, totidem verbis legi in Xenophontis Anabasi 2. 4. 26. Ne BECKERUS quidem fraudem agnovit.

Sed tandem his adnotationibus finem imponemus Polybii verbis 27. 18. 2 in nostrum usum conversis: Δοκοῦσι πολλοὶ μὲν τῶν ἀνθρώπων ἐπιθυμεῖν τῶν καλῶν, δλίγοι δὲ τολμᾶν ἐγχειρεῖν αὐτοῖς, σπάνιοι δὲ τῶν ἐγχειρηματων ἐπὶ τέλος ἄγειν, τὰ πρὸς τὸ καθῆκον ἐν ἐκάστοις ποιεῖν. Quod ut vere et apte dictum sit supplebimus sic: Οὐδεὶς δὲ τὰ πρὸς τὸ καθῆκον ἐν ἐκάστοις ποιεῖν.

Harlemi, 27 m. Nov. 1856.

S. A. NABER.

ΑΙΔΟΤΣΑ — ΔΙΔΟΤΣΑ.

Notum est confundi saepius ΑΙΔΩ (ἄδω) et ΔΙΔΩ; ἄδουσι; et προσἄδουσιν abeunt in διδοῦσι et προσδιδοῦσιν, φόδόμενος in διδόμενος, vid. Valckenaer. ad Herod. VIII. 26. et ad Phoenissas vs. 1388, qui docuit apud Maximum Tyrium XXIV. p. 299. in Anacreontis versu:

Χαρίεντα μὲν γὰρ διδῶ, χαρίεντα δ' οἴδα λέξαι,
emendandum esse: χαρίεντα μὲν γὰρ ἄδω, et apud Dionem
Chrysost. Orat. XXXII. p. 658. Reisk. οἱ δὲ ποιήματα συνθέντες
διδοῦσι corrigendum ἄδουσι. Sic et apud Pausaniam in La-
conicis III. 26. pag. 278. ἀρχονται μὲν ἀπὸ Τιλέφου τῶν ὅμι-
νων, προσδιδοῦσι δὲ οὐδὲν ἐς τὸν Εὐρύπυλον, veram lectio-
nem esse προσἄδουσι. Deprehendi idem vitium apud Nicostra-
tum in Stob. Floril. LXX. 12. χρησόν γε μὴν καὶ ἀράξαι ποτὲ
μύλην (*bonam matrem familias*) — διδοῦσαν ὥσπερ ἐπὶ λύρας.
Quis non videt ἄδουσαν verum esse?

C. G. C.